

Id est:

OBADIAS ARMENUS,

Quo,

Cum Analysi Vocum Armenicarum Grammaticâ, &
Collatione Versionis Armenicæ cum Fontibus, aliisque,
maximam partem Orientalibus Versionibus,
exhibetur,

PRIMUM IN GERMANIA SPECIMEN
CHARACTERUM
ARMENICORUM,

In Celeberrimâ Academiâ Lipsiensi
procuratorum,



à

M. ANDREA ACOLUTHO,
VRATISLAV. SILES.

ANNO EPOCHÆ { Armenorum MCXXIX.
Messianæ MDCXXC.

LIPSIÆ,
TYPIS JUSTINI BRANDI.

Philipp. II, 11.

Πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.

Scaliger Lib. III. Epist. 245.

Studia LINGVARUM nemo bonus unqvam magni non æstimavit, nemo non malus contempsit.



SENATUI
INCLYTÆ CÆSAREÆ REGIÆQVE REIPUBLICÆ
VRATISLAVIENSIS,
VIRIS
MAGNIFICIS, MAXIME STRENUIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,

DOMINIS

PRÆSIDI

ET

SENATORIBUS,

DOMINIS SUIS, ATQVE MÆCENATIBUS ÆTERNUM DEVENERANDIS,

S.



VIRI

MAGNIFICI, MAXIME STRENUI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, DOMINI MEI, ATQ; MÆCENATES ÆTERNUM DEVENERANDI;

FUisse qvondam inficetum adeò bardumqve Seculum, qvo Lingvarum periti HÆRETICORUM PATRIARCHÆ fuerint appellati, perspicuis nos verbis edocet Episcopus ille Gallus non incelebris, Claudius Espencæus * hæcce scribens: Eo tempore Græcè nosse valdè suspectum fuit; Ebraicè autem, propè pro HÆRETICO fuit habitum. Magis adhuc luculento testimonio rem illustrari sibi desideranti, vix alio tam bene me satisfacturum confido, qvàm si ipsam imprudentissimi impudentissimiqve (ne

* in Comm. ad 1. Tim. III.

(ne qvid magis dicam) talismodi judicis,† crassi nimirum monachi, decretoriam sententiam legendam proponam, eandemqve Anno hujus seculi currente primo, à doctiss. Conr. Heresbachio * Ducis WILHELMI Juliacensis Consiliario, protervo ore pronunciari auditam: Nova jam est reperta lingva qvædam, qvæ vocatur Græca: ab hac sedulò cavendum omnibus: hæc est, qvæ parit omnes HÆRESES. Eâ lingvâ insuper proditus liber, qvi in omnium manibus vult modò haberi, vocaturqve Novum Testamentum, qvi plenus est rubetis atqve viperis. Præterea, nunc alia qvoqve oritur lingva, qvæ vocatur Hebræa, hanc qvi discũt, PLANE ILLI EFFICIUNTUR JUDÆI. Risum teneant omnes solide eruditi, qvin & irarum spicula emittant, iisq; confodiant os insolens, os impium! qvo cum eand. inflat tibiam illud inverecundũ Cardinalis Paceci, qvi teste ipsi⁹ Collega, Sfortia Pallavicino, † in ipso Conc. consessu, cœco prorsus animi impetu dicere non est veritus: Utinam nunqvam huc advenissent Litterarum Græcarum Hebraicarumque Professores! nimirum his nunc ærumnis non divexaretur Ecclesia. Vos, ô MÆCENATES, ad Nostrorum temporum

* Vid. Dn SENNERTI dissertat. de L. Ebrææ nec non reliqq. Orient. antiqu. 5c. p. 43.
† Lib. 6. Hist. Conc. Trid. c. 12. n. 5. p. 211. a.

porum faciem advertere dignemini, illâ longè amœniorem! Noſtrorum inqvam, qvibus Divina Bonitas Nobiliſſimæ Germaniæ indulſit eſſe incolas, aliarum enim gentium contemplatum ire felicitatem nolumus, Qvi noſtrammet poſſidemus magis, qvàm agnoſcimus.

Exuente nimirum ſub præcedentis Seculi incunabula, horridam Religionis, Morum, Litterarumqve barbariem Patriâ Noſtrâ, Sveviæ amœnum oppidum Pforza, qvod & Phorzheimium audit, JOHANNEM CAPNIONEM, vernaculè REUCHLINUM vocatum, J. U. D. & D. MAXIMILIANI IMPER. atqve D. EBERHARDI I. Wirtemberg. Ducis Conſiliarium, nec non totius Sveviæ Triumvirum, mundo dedit, qvi poſt HIERONYMUM STRIDONENSEM, (Chriſtianorum omnium, qvi in Ebraicis eximii qvid noverunt olim, Principem primumqve :) Germanus ipſe, iidemqve primus e Chriſtianis omnibus, Sanctam EBRÆORUM LINGVAM, undecim propemodum ſeculis, qvæ ſua & laudati S. Patris tempora diſtinxerant, tantum non penitùs ignoratam, Orbi Chriſtiano, hujusqve nobiliori Parti, Germaniæ, Patriæ ſuæ Noſtræqve, intulit, ejusqve primus in Chriſtianis Academiis, vicinâ nimirum Wittebergenſi, Publicus Profeſſor extitit.

Poſtqvam igitur hic Ἀλεξιβάρβαρος ſ. Barbariei expugnator (id enim nominis inditum ipſi fuit: *) prælectionibus ſcriptisqve ſuis publicis glaciem fregit, alii longè celeberrimi Viri, qvorum Manes ſilentio veneramur, hoc ingreſſi ſunt fretum, feliciùsqve in dies in eo navigarunt, accedente imprimis etiam CHALDAICÆ LINGVÆ, qvæ Ebrææ ſororio jungitur nexu, culturâ, qvamqve Præceptis Grammaticis primus omnium incluſit Germanus Esdras ac Strabo, SEBASTIANUS MUNSTERUS, ac cum Ebræâ, in Academiâ Baſileenſi primus docuit. Hic inter Succeſſores Viros nactus eſt, qvi aliis ante

ſe

* *Vid. D. D. QVENSTEDT de Patriis Illuſtr. Vir. p. 160.*

se gloriandi causam, post se tanta præstandi spem præscidisse videntur, JOHANNEM videlicet BUXTORFIUM utrumqve, Parentem atqve Filium, qvorum uterqve tanto tamqve pio zelo utriusqve illius lingvæ Ebraicæ Chaldaicæqve (ut de Syriacâ nihil commemorem) culturam ivit promotum, ut vel apud seram posteritatem grata ipsorum memoria sit permansura, optandumqve foret, plures sui æmulos Orbi Erudito reliqvisſent. Qvamvis enim inficiari nemo possit, hodienum inter nostrates etiam Semonas reperiri, meo qvantulocunqve encomio longè majores, & Qvorum veneranda, Alboqve æternitatis jam dudum inscripta nomina, Qvorum præclarissima in Ecclesiam Dei merita, magnifico orationis splendore hîc condecorare parco, id potissimùm agere in animo habens, ut Qvi primum in singulas Lingvarum Orientalium è Germanis heroicum fecerunt impetum, recenseam; attamen, uti Ebræorum ex ipsâ Scripturâ * desumtum sonat Proverbium: Vix Unus è totâ urbe, vix duo è tribu totâ existunt, qvi pari conamine hæc Sacra studia excolere qveant, dum plerosqve Munera, qvæ gerunt, Ecclesiastica vel Politica, inde abstrahant, cùm tamen, si reliqvarum artium atqve scientiarum ulla, hæc sanè hominem sibi totum poscat.

His ergo lætis auspiciis & progressibus ita crevit in Germaniâ Lingvarum Ebraicæ atqve Chaldaicæ studium, ut, ad qvod fastigium illud hodie surrexerit Eruditi Orbis Lumina non ignorent. Sed enim fas est, ut reliqvarum etiam Lingvarum Orientalium in Charissimâ Nostrâ Patriâ, initia rimemur. Atq; hîc statim sese nobis objicit LINGVA SYRIACA, qvam eodem tempore, qvo Capnio & Münsterus vixerunt, in Germaniâ primus omnium notam fecit JOHANNES ALBERTUS WIDMANSTADIUS, JCtus celeberrimus, & IMPERATORIS D. FERDINANDI olim Cancellarius, qvi Anno MDLVI.

* *Jerem. III. 14.*

MDLVI. Viennæ Nov. Test. Syriacum, charactere Estrangelo impressum, primi speciminis loco edidit.

Eopse adhuc seculo Germania, Orientalis fieri non tam perrexit, qvàm properavit. Anno enim MD. LXXXIII. mense Julio, LITTERÆ etiam ARABICÆ in eâ nasci cœperunt, cum RUTGHERUS SPEY, Bopardianus, Ecclesiæ Schonaviensis Pastor, Epistolam Pauli ad Galatas, & Sex primaria Capita Christianæ Religionis Arabicè translata, typis hisce, â se procuratis, Heidelbergæ publicavit, iisqve Grammaticæ Arabicæ Compendium subjunxit. Verùm ipsa etiam Resp. Vestra, PATRONI MAXIMI, Magnum Lingvæ Arabicæ in Germaniâ Restauratorem, tempore non longo pòst tulit, Virum scilicet Nobiliss. atq; Experientiss. PETRUM KIRSTENIUM, Philos. & Medic. D. celeberrimum, & Practicum qvondam longè felicissimum, Cujus jam inter cœlites versantis memoria nondum, adhuc apud VOS Civesq; VESTROS exolevit. Is enim Charactere Arabico, Heidelbergensem non parvo post se intervallo relinqventem, Suis, iisqve non levibus, ipsomet fatente, sumtibus, fabrefieri jusso, Anno Currentis Seculi Octavo, Nono & Undecimo, varios Tractatûs Arabicos, in ipsâ officinâ Baumannianâ Vratislaviensi impressos, publico Orbis theatro exposuit, qvi in hunc usqve diem Arabizantium manibus teruntur, & qvorum primum, Grammaticam scil. Arabicam, ejusqve primam partem, AMPLISSIMO VESTRO ORDINI, Secundam verò atqve Tertiam Inclyto NORIMB. & ARGENTORATENSI SENATUI inscripsit, reliqvos, ut Qvatuor Evangelistarum Vitas, D. RUDOLPHO II. IMPERATORI Sacras esse voluit, Notas in Matthæum Arabicum, D. JOHANNI SIGISMUNDO, Electori Brandenburgico, Hujusqve Consiliario Splendidissimo, Christiano Distelmayer Observationes in Epistolam Judæ obtulit:

Anno-

Annotata it. in Lib. II. de Canone Canonis Aben Sinæ D. FRIDERICO IV. Electori Palatino, & tandem etiam Decadem Sacram Canticorum & Carminum Arabicorum, Nobiliss. Amplissimoq; Dn. Servatio â Reichel, Patritio tunc Vratislaviensi, dedicavit.

Neqve tamen adhuc desiit Europa, vel ut rectiùs dicam, Germania, Asiæ misceri. Nec enim illi defuerunt, qvi PERSICÆ etiam LINGVÆ culturam aggrederentur. Horum autem Antesignanus procul dubio fuisset Vir laudatissimæ memoriæ (qvi Buxtorfio audit *) & in Lingvis Anatolicis excellentissimus (qvâ laude Crinesius † ipsum mactat,) B. WILHELMUS SCHICKARDUS, Tubingensium in Ανατολικογλωττοδιδασκαλία Professor Publicus, Cujus institutum, cum reliqvis Orientalibus Lingvis Persicam qvoqve docere in Germaniâ, satis apertè qvidem manifestat Tractatus, si materiam spectes, Persicus, si verba, Arabicus, & abs se ex hac Lingvâ in Latinam translatus, ac editus, sub rubricâ: TARICH REGUM PERSIÆ; mors autem Optimi Viri præmatura propositi executionem intercepit, Cujus tamen hîc, ob alia in Remp. Philologorum ac Theologorum insignia merita, vel nomen commemorare gratitudo jussit. Vulnus tamen hoc laudatæ Lingvæ sic inflictum, tempore non longo admodum interjecto rursus curari incepit ab Illustriss. Celsissimiq; Principis Brunswicensis ac Lüneburgensis D. CHRISTIANI LUDOVICI Bibliothecario & Mathematico Aulico, Nobiliss. ADAMO OLEARIO, qvi non solùm Persico suo Hodœporico plurima inseruit, qvæ ad Gentis, & ex parte, Lingvæ istius, Cognitionem faciunt, sed etiam Rosarii Persici Schich Saadi, Scriptoris ab ipsis Persis nunqvam satis celebrati, in lingvam Germanicam translatione, notisqve elegantissimis illustratione, insigniter hujus studii Cultores adjuvit.

Porrò neqve TURCICAM ignorare LINGVAM Germania perrexit. Sub enim Seculi hujus, non infœcundæ Philolo-

* *In Abbrev. Hebr. p. 385.* † *in De γλωττοσυγχ. Babyl. c. 4.*

Iologorum Matris, exordia, Anno ſc. MDCXII. Sereniſſ. ac Potentiſſimi Saxoniæ Electoris D. JOHANNIS GEORGII. I. Hiſtoricus HIERONYMUS MEGISERUS, Primas Lingvæ Turcicæ Inſtitutiones edidit, earumqve primam partem, qvæ de Orthographiâ Turc-Arabicâ agit, Vratislaviæ litteris Arabicis, qvas Turcæ uſurpant, Kirſtenii, (teſte, præter inſpectionem ocularem, hujus ipſius Viri præfatiunculâ libro præmiſſâ:) reſiduas tres vero, qvæ Etymologiam Turcarum, duas Proverbiorum Turcicorum Centurias, & Dictionarium Latino-Turcicum, Turcicoqve-Latinum comprehendunt, vocabulis Turcicis charactere tantùm Latino exaratis, Lipſiæ imprimi curavit, easq; Hungariæ Bohemiæqve Regi D. MATTHIÆ II. memorati ſuperiùs D. IMPERATORIS RUDOLPHI II. FRATRI GERMANO, conſecravit. Qvam verò doctus hic Vir Germaniæ gloriam Scripto ſuo peperit, eam virtute non minore, imò heroico prorſus animo, hoc ipſo tueri anno incepiſſe audio Virum πολυγλωττον & Gente & Mente Nobiliſſimum atqve Excellentiſſ. DN. FRANCISCUM à MESGNIEN MENINSKI, SS. Sep. Eqvitem Hieroſolymitanum, S. Cæſ. Maj. Conſil. & Lingg. Orient. Interpr. Primarium, in edito Viennæ Lingvar. Orient. Theſauro, Turcico-Perſico-Arabicum Lexicon & Grammaticam primariò comprehendente, qvo ipſo præclaro Opere, à me nondum adhuc viſo, Doctiſſ. Dn. Autorem, longè minus ſaltem, niſi omninò nullum, (qvod, qvia paraſitari mea nondum didicit verecundia, tam audacter non aſſeruerim;) Poſteritati in iſtâ literaturâ, Turcicâ minimùm, ſpicilegium reliqviſſe nullus ambigo, qvàm Ipſi poſt Megiſeri aliorumqve labores homogeneos ſuperfuit.

Lingvarum cohorti, qvarum Germaniam hoc ſeculo nobiliorem finxit notitia, etiam SAMARITANA ſeſe aggregavit, ad cujus culturam primus Germanorum admovit manum Celeberrimus JOHANNES HEINRICUS

HOT-

HOTTINGERUS in Lexico Harmonico Heptaglotto, cui voces, qvas Samaritani & communes cum Chaldæis, & proprias habent, inseruit.

Sed neqve intra spatiosos Asiæ limites sese Germania continere potuit, qvin inde in Africam ætate Nostrâ saltum faceret, ex eâqve ÆTHIOPICAM asportaret LINGVAM Ope ac Industriâ non satis deprædicandâ Viri Nobilissimi Consultissimiqve DN. JOBI LUDOLFI, D. ERNESTI, SAXONIÆ DUCIS qvondam Consiliarii intimi, qvi post editum Londini Anno Salutis Reparatæ M.DC.LXI. Æthiopicum Lexicon & Grammaticam, utrumqve consummatissimum Scriptum, nunc Orbi litterato HISTORIAM ÆTHIOPICAM sistere laborat, Opus uti vix ab ullo Germanorum, qvod sciam, tentatum, ne dum ad eam excellentiam & perfectionem perductum, ita qvod Autoris sui nomen, nullibi non locorum jam celebratum, ab interitu magis magisqve vindicabit, plurimorumqve Clarissimorum in Orbe Virorum desiderio faciet satis, qvi in casibus circa Res Æthiopicas dubiis, eò tanqvam ad Oraculum sunt confugituri; Cujus interim Francofurti sub prælo jam sudantis, editioni felicissimæ, cùm promovere illam aliter non valeam, fausta qvæqve apprecor.

Una adhuc Orientalium Lingvarum superat, cujus nec Patria nostra dememinit. SINICA eadem vocatur, qvam Vir Plur. Rever. atqve Excell. DN. ANDREAS MÜLLERUS, Præpositus Berolinensis, Patronus Fautorqve meus colendus, ingenioso suo Characteres Sinicos resolvendi invento, è profundis, qvibus obvoluta fuit, tenebris, primus qvidem omnium, eruit, nihilominus dolet Philologorum chorus, nullos adhuc isti Litteraturæ obtingere Patronos, qvi dignis præmiis diu elucubrata à Solertissimo Viro in lucem protrahant.

His proinde exordiis in Germaniâ natæ sunt Orientales Lingvæ, ubi nunc florent vigentqve, fructûsqve ferunt longè dulcissimos, nec sibi tantùm, verùm & exteris Nationibus,

illos avidiùs arripientibus, proficuos, qvæ (intrepidè affero!) plus Germaniæ debebunt ob Lingvarum Orientalium cultum, qvàm Hæc illis. Qvantacunqve verò in Noſtrâ Patriâ memoratæ ſæpiùs Lingvæ Anatolicæ incrementa ceperint, majora longè adhuc data ipſis fuiſſent, ſi major illis acceſſiſſet Principum favor, à qvo vita nexqve ſtudiorum omnium dependet. Nihil verò deſperamus, id de cætero futurum, cùm IPSE SUMMUS IN GERMANIA MONARCHA, IMPERATOR AUGUSTUS ATQVE INVICTISSIMUS LEOPOLDUS, DOMINUS NOSTER INDULGENTISSIMUS LONGEQVE CLEMENTISSIMUS, (CUJUS S. CÆS. MAJESTATI non majus perſolvere votum qveo, qvàm ut

יָקִים יְהוָה אֶת־כִּסֵּא מַלְכוּתוֹ וְלֹא יִכָּרֵת לוֹ אִישׁ מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל :

JEHOVA Thronum Ejus Regium firmiter ſtabiliat, neqve exſcindatur IPSI VIR dominaturus in Iſraële!*) CÆSAREÆ SUÆ GRATIÆ Favonio Clementiſſimè adſpirare dignetur. Np. poſtqvam S. CÆSAREA REGIAQVE MAJESTAS SUA Glorioſiſſimorum MAJORUM ſuperiùs laudata Venerabilia Exempla imitari egregium duxit, Lingvar. etiam Orientalium Interpretes Sereniſſ. Aulæ SUÆ Decus eſſe voluit ac inſigne Ornamentum. Qvorum Primarium, Summumq; Antiſtitem paulò antè nominavi Ampliſſ. DN. MENINSKI. Horum a. non utiliſſimis tantùm, ſed & Germaniâ Noſtrâ digniſſimis, Ejusq; Gloriam in altiùs usq; evecturis, conatibus, prout Divinam Benedictionem, cum eâq; proſperrimos qvosq; ſucceſſûs affatim precor; ita Specimine profectuum triennalium in hac Litteraturâ Politiſſimorum qvorundam Juvenum, his Orientalibus vacantium Muſis, eoq; à Nobil. & Præclariſſ. Dn. JOH. BAPTISTA PODESTA, AA. LL. & Phil. Mag. U. J. Cand. Ara-

*) 2. Chron. VII, 18. (x. al. cap. VIII. v. 8.)

Arabicæ, Persicæ, Turcicæqve Lingvæ Prof. P. Sac. Cæs. Reg. Maj. in Ling. Orient. à Secretis, Ao. M.DC.LXXVII. publicato, atqve ab ILLUSTRI MANU mihi benevolentissimè communicato, qvod laudabili Ipsos in hæc studia Zelo ardere exinde cognoscerem, non potui non vehementer delectari. Sic ergò major in dies Germaniæ surgit gloria, qvò feliciora ibi capiunt Orientales Lingvæ magmenta! Sic majus in dies Anatolicæ Litteraturæ incrementum accedit, qvo magis eorum fervet ardor, qvi eam colunt! Sic indies majorem Philologorum animi concipiunt flammam, qvo efficacioribus, Qvi SOL Est Germaniæ, Clementiæ Suæ Radiis, horum studia incendit!

At enim verò exul atqve extorris in hunc usqve diem è Germania fuit ARMENORUM LINGVA, fato reliqvis sinisteriore, jure nullo. Fuit qvidem unus alterve, qvi versu Armenico à se conscripto, aut unâ vel duabus Armenicis vocibus, disputationibus suis Philologicis insertis, huc eam accersere conatus est; verùm qvàm bona horum fuit intentio, tam multum abfuit, ut rei præstandæ magnitudinem adæqvaret. Præterqvam enim qvod externa characteris Armenici facies ligno insculpta talis extiterit, ut elegantiorem longè ipsa Lingva meruisse, cuivis, etiam illius ignaro, videri potuerit; res ipsa sic comparata fuit, tanqvam canis è Nilo lambisset. Accessit huc subsidiorum necessariorum defectus, qvo hactenus Philologorum non solùm in Germaniâ, verùm & alibi, omnes laborasse, non obscurè innuit, qvod nemo eorum fuerit, qvi ad bene merendum de laudatâ lingvâ appulerit animum. Posteaqvam igitur mihi Fortuna tam esse beatum indulsit, ut thesaurum possiderem, Cujus, qvia ignoti hactenus, nulla adhuc animos cupido incessit, invidentiæ maculam mihimet inusturum me credidi, nisi partem ejus orbi Litterato communicarem. BIBLIORUM scilicet ARMENICORUM

 nitidissi-

nitidiſſimum exemplar, â VESTRI AMPLISSIMI ORDINIS, VIRI MAGNIFICI, GENEROSO MEMBRO, in Germaniam, inter prima ſaltem, niſi omnium primum, delatum, mihiqve liberaliſſimè atqve beneficentiſſimè donatum, dentatis me ſtimulavit calcaribus, ut ego rudis adhuc pictor illam Venerem (Lingvam innuo, cui Apellem opto magis artificioſum!) depingere inchoaverim, atqve ut chalybe externa Ejus facies, qvá fieri poſſet elegantiâ, effigiaretur, cupreisq; matricibus, qvas vocant, concinnè imprimeretur, in iisqve ex omni prius parte affabrè dolatis atqve elimatis, inſtrumentoq; (ſic κατ' ἐξοχὴν tubulus vocatur, per qvem metalla fluunt;) appenſis, ex infuſo ære liqvefacto litteræ efformarentur, qvibus, ad æqvalitatem priùs omnimodam redactis, in officinis typographi uti poſſent; curas, ut alia taceam, non leves, impenderim. Cujꝰ *Typi Armenici, ejuſdemqve in Germaniâ primi*, ut qvoddam extaret Specimen, de eoqve ſub aſpectum ſimultaneum caſuro Eruditus Orbis judicium ferre poſſet, qvod promeriturus eſt, qvalecunq; etiam illud ſit,) OBADIAM è Bibliis Armenicis imprimi curavi, atqve ne hic prodiret nonnihil obſcurior, Lectione atq; Verſione Latinâ, ipſum illuſtravi, qvibꝰ ſubjunctæ annotationes majorem adhuc lucem affundunt, de qvibꝰ, qvæ dicenda mihi reſtant, ne Dedicationis transgrediar fimbrias, ad Præloqvii materiam reſervo. Has verò ipſas tùm ſtudii mei Philologici, tũ *Literaturæ Characterumq; Armenicorum in Germaniâ Primitias* VOBIS, PATRONI OPTIMI MAXIMI humilimâ animi ſubmiſſione conſecro. Lege cautum qvondam fuiſſe, ut Divino Numini Eccleſia Judaica ſuas Primitias offerret, nemo neſcit. Piæ hujus Antiqvitatis religioſa premere veſtigia, cùm minimè indecorum judicem, in VESTRUM, QVI DEI locum in Patriâ tenetis, ipſoq; DEORUM axiomate ab ipsâ donati eſtis Scripturâ, has *veras in Germaniâ Primitias*, Gremium, deponere volui, pari cum Judæis antiqvis pietate, diſpa-

diſpari pompâ. Non enim Bovem habeo, cornibus deauratis ſuperbientem, coronâqve caput oleaginâ cinctum, qvem muneri præmitterem; Sola eſt Obſervantia mea, qvâ VOBIS, MÆCENATES, devinctus ſim, & cui anteambulonis detuli obſeqvioſum officium. Nec eſt mihi, qvi coram offerente me ebuccinet, id enim faſtûs haberet ſpeciem, niſi & dementiæ. Et ornatus mihi deeſt, qvo ſpecioſiorem reddam oblationem: Qvid? qvod Venerem, qvam pauló antè nominavi, nudam potiùs qvàm larvatam obvelatamqve ſiſtere voluerim, plurium ſic oculos mentesqve in ſe allecturam. Sed nemo inſuper in occurſum Primitiis meis venit, nec qvisqvam ipſis aſſurgit, offerentemq; ſalutat verbis: *O frater noſter, gratus advenis!* (Hiſce enim ceremoniis Primitias olim Hieroſolymis illatas eſſe, Talmudiſtæ in Tractatu Biccurim cap. 3. teſtantur:) Nam hoc honore mea ſe indignam judicat tenuitas. At verò acceſſerit licet priſcis primos ſuorum fructuum oblaturis in externo ſplendore multum, nec me deſtituit, qvod rationum mearum adaugeat pondus, cur nimirum MAGNIFICO COLLEGIO VESTRO, VIRI AMPLISSIMI, primum hunc meorum laborum, qvos publicos pati oculos, idemqve in materiâ ſubſtratâ primus, volo, inſcribam. Heliotropii naturam induiſſe Lingvas Orientales, è dictis antè diſpaleſcit; cum illo enim verticem eò dirigunt, unde vitam ſibi ſalutemq; promittunt. Nihil ab hoc diſcrepat, qvòd ARMENICA LINGVA tentare jam audet. Ad VOS hæc reſpicit, foveri â VOBIS optat, â QVIBUS REIPUBLICÆ VRATISLAVIENSIS, non aliter atqve â Sole rerum omnium viventium, incolumitas pendet. Date proin, ut memoratum florem æmulari illa exactè poſſit, & qvoqvo VOS VESTRA, eò & ipſa lumina ſua flectat, nec alium ſibi SOLEM anxiè qværere opus habeat. Cum autem per VOS URBEM florere VESTRAM affirmo, in novi ſimul argumenti memoriam reducor, cur VOBIS debuerit, qvod videtis. VESTRA etenim pro Templis, Gymnaſiis, Scholisq; Patriis

Sum-

Summa Providentia ac indefessa cura, hoc, qvantillum etiam sit, à me popoſcit Honoris monumentū, imò, cùm in illis etiam à teneris fuerim educatus, VESTRAQVE sub Inspectione solertissimâ profecerim, etiam qvalis qvalis gratitudinis indicium. Atqve hoc, non illo solùm, sed alio insuper, adeoqve duplici nomine MAGNIFICUS AMPLISSIMUSQVE BENEFACTOR, modo laudatus, à me flagitare videtur, CUI propterea ob tam nobile rarumq; donum, hasce publicas easq; humiiimas grates persolvo. Dum ergo tam sonticæ causæ VOS, ô MÆCENATES MEI, adoriri me jubent, in nullo amplius dubio meus est animus, fore, ut, apud QVOS insuper Orientalia studia in æstimatione summâ ponuntur, Serenâ Fronte accipiant, qvod submissè offero, Orientalis Litteraturæ Specimen. Et ipsum hoc exspem me non sinit esse, fore ut Benevolus sibi aditus pateat, qvòd vel ipsâ novitate suâ, & argumenti insolentiâ, utut timidiusculè se tueri, atqve commendare audeat. Suscipite igitur VIRI MAGNIFICI, AMPLISSIMIQVE, MÆCENATES SUSPICIENDI, VOS, in Germaniâ PRIMOS, flexo poplite publicè venerantē ARMENUM, & à VESTRO Conspectu, suffuso vultui pudore recedere, ne permittite, atq; sic etiam GERMANIÆ Nostræ gloriam, prout aliàs non sine laude maximâ facitis, itote promotum. Tandem Voto meo, qvod maximum est, cum SPLENDIDISSIMIS VESTRIS FAMILIIS, Vivite feliciùs, PATROCINIOQ; VESTRO, licet Urbe, exclusum nunqvam habeatis

VESTRARUM NOBILISS. MAXIME STREN. AMPLISS. ATQ; CONSULTISS. MAGNIFICENT.

DOMINORUM SUORUM, AC MÆCENATUM ÆTERNUM DEVENERANDORUM

Scrib. Lipsiæ d. XXX. Jul. A. O. R. M. DC. XXC.

Clientem humilimum

Andream Acoluthum

PRÆLOQVIUM

AD LECTOREM ΑΝΑΤΟΛΙΚΟΓΛΩΤΤΟΦΙΛΟΝ.

QVadriennium circiter abiit, cùm hic Lipsiæ in musæo me inviseret Vir natione Armenus, staturæ mediocris, faciei subflavæ & rubicundæ, Capillitii nigri ac nonnihil crispati, vegetioris ætatis, JACOBUS de GREGORIIS, Presbyter, qvem variis alioqvi sub Sole repositas perlustrandi terrarum partes, Patria discedere amor jusserat, veniâ prius â Superioribus sibi concessâ. Colloqvii materiam inter alia mihi tunc præbebat Qvæstio ad Ipsum directa, Haberentne Armeni S. Codicem typis expressum? Responsionem, qvam ille dandi paratus erat, ulteriori qvæstionis deductione atqve explicatione præoccupabam: Non ignorare qvidem me, esse penes ipsos, eosqve Christianos, S. Biblia, & hæc in suam lingvam translata, ipsumqve *Athanas. Kircherum* Prodr. Copt. c. 5. p. 129. meminisse exemplaris (procul dubio tantum MSti:) qvod in Vaticanâ Bibliotheca asservaretur, ejusq; apud non nullos autores, qvi, cùm ad manum mihi essent, evolvebantur, fieri mentionem: Necnon Celeberrimum *Brian. Waltonum* in Dissert. de Ling. Orient. p. 158. asserere, in Bibliothecis privatis qvorundam Virorum doctorum in Angliâ eandem Versionem totam haberi, qvos etiam sua exemplaria, Operi Polyglotto inferenda, communicaturos speravit, id qvod tamen factum non est: ut partium Scripturæ, seorsim extantium, nullam mentionem facerem, v.g. Psalterii, Romæ in formâ octavâ editi, ejusqve trium exemplarium antiqvorum in Bibliothecâ Oxoniensi asservatorum, &, cum â se discrepent, a Viro docto collatorum, cujus tamen notæ inter bellicos tumultûs perierint, teste eodem *Waltono* l. c. ubi etiam semet ipsum qvatuor Evangelia ex Oriente allata possidere affirmat: Conf. & *Hotting.* Smegm. Orient. lib. 3. P. 1. Num verò præter hosce codices haberent Scripturæ S. editionem aliam, hoc ipsum esse, de qvo informari rectiùs desiderarem. Tum ille ante non adeo multos annos Ecclesiæ suæ sumtibus S. Biblia Amstelodami impressa asserebat, exemplaria autem, nisi prorsus falleretur, universa & singula in Patriam abducta, Europæis qvippe lingvæ ignaris, vel nulli, vel non adeo magno futura usui, si qvædam relicta fuissent; de illis autem, si desiderarem unum, ex Armeniâ accersendum fore qvod flagitaturo mihi, procuraturum se, qvamprimum suos resalutaverit, candido satis animo (à qvâ virtute tota illa Natio Historicis

commendari ſolet:) pollicebatur. Ego hanc boni Viri gratificandi promtitudinem exoſculatus, gratiarum actione remunerabar; verùm qvod exemplaris procurationem attinebat, idem ipſi reſponſum dabam, qvod ab aliis, loco mei t[illegible] conſtitutis, &, ne certa amittant, incerta petere, mecum caventibus, ille abſtuliſſet. Octo propemodum menſes id tempus diſtinxerant, cum [illegible] cauſa patriam me repetere imperaret. Hîc Parenti meo rem actam enarro. Is ut P[illegible] [illegible] novo (ut ſemper ſolet, qvantum potis,) eoqve rariſſimo argumento iret comprobatum, meqve tum temporis e graviſſimo [illegible] nonnihil reficeret laborantem, ſe procuraſſe ajebat, ut BIBLIORUM ARMENICORUM Vratislaviam deferendorum ego fierem [illegible], illorumqve adventum de die in diem ſe præſtolari. Verùm tantum obſtat, ut cito hoc libro potirer, ut potiùs de eo adipiſcendo, cùm freqventioribus [illegible] deſideratus fuerit, ſpes omnis collaberetur, donec tandem ante annuum demum, & qvod ſupra eſt, ſpatium, ille, idemqve elegantiſſime compactus, Vratislaviæ feliciter appulerit. Delatum eo hunc totius Armeniæ nobiliſſimum Theſaurum, eundemqve non parvo redemtum pretio, Vir Magnificus, Nobiliſſimus atqve Maxime Strenuus, Dn. GEORGIUS MILDNERUS à MILDENBERG, Senator Vratisl. Graviſſimus, Cameræq; Curialis Præfectus meritiſſimus, Epicharmus meus devenerandus, Idem Ille ſcilicet, Cujus Parens meus ad Operis acqviſitionem, imploraverat operam, dono mihi patri [illegible], qvam liberaliſſime obtulit, Cujus proinde Magnificæ Munificentiæ non ego ſolùs me perpetim obſtrictum ſentio, ſed & GERMANIA debitum [illegible], ſi qvem è Litteratura Armenica, eaqve vel à tenuitate mea, vel ab aliis excolenda, fructum ſenſerit. Ne autem has novas Orientis Opes [illegible] noſtræ illatas, ſolus ego poſſideam, vel ſaltem aliis eas invidere videar, levi easdem penicillo hic adumbrare viſum eſt.

Poſteaqvam [illegible] Concilio, Autoritate CONSTANTINI M. Imper. Nicææ Anno Recuperatæ Salutis CCCXXV. coacto, ab [illegible] trecentos Patribus Orthodoxis decretum fuit, ut qvilibet in [illegible] Vernacula Scripturas legeret, vid. *Cornel. Agrippa* de Vanit. Scient. c. 100. [illegible] hiſt. p. [illegible] l. ſ. *Kircher.* China [illegible] p. 86. b. m) C[illegible], qvæ Chriſto nomen vel jam dederant, vel daturæ erant, D[illegible] is Fontes Iſrael [illegible] ent, remuneq, de [illegible] lapide, ſitibundæ [illegible] animo viva verbi Dei aqva [illegible] nirent, idqve non modo Scripturas in Concionibus explicando, verum, ut legere

legere etiam illis possent, è textu Avthentico vel LXX. Virili Versione in suam Vernaculam transfundendo. Qvæ fortuna ARMENORUM Nationi (de qva plura scire desiderantem, ad *Hottinger.* Fascic. Diss. p. 118. seqq. & *Archæolog* Orient. P. 2. seu Topograph. Ecclesiast. Orient. cap. 2. §. [illegible]. 1. seqq. *Waltonum* in Dissert. de Lingu. Orient. p. 157. seqq. *Kircherum* in Turri Babel p. 2[illegible]4. *Schweigger.* Itin. lib. 2. c. 61. *D. Reinbeth* in præfat. in Dn. Olearii Pers. Reisenth. Schich Saadi, duern. D. II. a. & doctissimam Dissertationem *De Statu Armeniæ Ecclesiæ* [illegible] *Politico*, a B.D.D. Joh. Ern. Gerhardo, Ao. M.DC.LXV. Jenæ habita Resp. Dn. M. Mart. Kempio, Regiom. Prusso; remissum volo:) prima omnium è Christianis (post Græcos nimirum, qvi LXX. & N. T. jam habuerant, & qvidem in vernacula:) cœlitus data fertur. *Armeni*, inqvit Celeberrimus *Hottingerus* Biblioth. Or. pag. [illegible]. *ejus meriti linguæ* (Armenicæ put[illegible] *[illegible] Christi, Dn. Golius ob hanc de causâ* [illegible] *fuisse commendatam, qvod* [illegible] *alia Ecclesia, si a Græcâ abeamus, ANTIQVIORA de Religione, VERSIONUM cumprimis habeat subsidia.* Et Topogr. Eccl. Or. l. c. Idem ille sic scribit: *Inter Christianos NON POSTREMOS* (Armenos) *fuisse, vel inde patet, qvod Translationi Scripturæ S. in Lingvam Armenicam PRIMA deferatur, post Versionem LXX. Viralem.*

Qvis v. maximam hanc gratiam isti Genti fecerit, ut infantem S. Scripturæ fuerit Metaphrastes, indubitato asserere non ausim. [illegible] *S. Chamerino* in Biblioth. Varic. p. 155. Translationis illius, & ipsorum etiam characterum, qvi hodie apud Armenos in usu sunt, Authorem faciunt JOHANNEM CHRYSOSTOMUM, qvi Anno D. N. CDIII. de Episcopatu Constantinopolitana, odio imprimis Eudoxiæ Augustæ, Arrianismi Patronæ, deiectus, (vid. *Sozomen.* Hist. lib. 8. c. 2[illegible].) paulo post revocatus, mox iterum deportatus, atqve Cucusum (vel Cucusum) Armeniæ oppidum migrare coactus, (vid. *F. Gerhard.* Abac. Patrol. continuat. Excell. *Dn. Olearii* p. 244. *[illegible]* Chr. II. p. 86. b. m.) hic, non solum aureo sermonis flumine, ac benignitate & liberalitate, cùm splendidis abundaret opibus, plurimos ad se traxerit (ut eo vo testatur *Sozomen.* l. c. c. 27. 28. & *Cent. Magd.* V. p. 7. cit. *Dn. Gerhardo* l. c. cap. 3. §. 3.) Sed etiam Scripturam totam Veste Armenicâ induerit, atqve suorum præsentia sua, tum memorabili hoc labore illum locum nobilitaverit. Eidem S. Patri Opus hoc adscribit *Sixtus Senensis* in Biblioth. Sanct. lib. 6. annot. 152. p. 491. ita tamen (ut Psalmorum tantum & Novi T. Versionem Illi tribuat. Conf. *Anglo-Remenses* in Præf. ad N. T. *B. D. Gerhard* L. De Eccl. [illegible] §. 206. p. [illegible] n. *Br. Waltonum* in Diss. de Lingu. Or. §. 8. p. 156. [illegible] in Apparatu Bibl. Polyglott. Proleg. 5. §. 6. p. [illegible] edit. Tigur. *Hotting.* [illegible]

 Diss.

Diss. Theol. Philol. p. 178. seqq. & 185. it. Biblioth. Or. p. 221. *Dn. D. Pfeifferus* in Introd. in Or. p. 37. & in Critic. Sacr. p. 396. *B. Gerhard.* Differt. cit. c. 5. §. 1. qvatern. H. 4. a. It. *Hardingus* art. 3. Sect. 38. *Bellarm.* lib. 2. de V. D. c. 16. col. 129. *Gretser.* tom. 1. Defens. Bellarm. p. 815. 817. *B. Thummius* disquis. de Verbo Dei p. 533. *Kortholt* de variis Scripturæ editionibus cap. 19. p. 266. *Ursinus* vom Unterscheid der Religionen/ p. 63. *Wilhelmus Whitakerus* contra Pontif. qv. II. controv. I. Atqve robur sententiæ huic inde etiam accedit, qvod *Theodoretus* (Cujus, circa Annum Christi CDXXIII. Episcopatui præfecti, teste *Labb.* p. 389. apud *Gerhard.* in Abac. p. 444. juventutem, senium Chrysostomi, qvi Anno CDVII. d. 14. Septembr. ætatis LIII. vid. eund. *Gerhard.* l. c. p. 244. suum obiit diem, attigisse necessum est, cum Episcopalis dignitas non pueris aut juvenibus, sed viris collata sit:) lib. 5. de Curand. Græc. affect. Suo tempore S. Scripturas in Armenam Lingvam versas fuisse asserat, nomine tamen Metaphrastes non expresso. Vid. nonnulli ex Autt. cit. Nisi proinde sublesta horum fides est, (qvo de cuilibet liberum judicium relinqvo:) reqviritur, ultimum intra vitæ qvadriennium, ab anno scil. CDIII. qvo Constantinopoli pulsus, usqve ad CDVII. qvo mortuus est Chrysostomus, Versionem Armenicam S. Codicis confectam fuisse, atqve hoc nostro tempore Ipsam ætatem annorum MCCLXXVI. vel MCCLXXVII. circiter referre.

Petrus Daniel Huetius (Cujus editio prima Parisina hoc ipso anno Stadæ recusa est:) lib. 2. de Interpretat. p. 195. alium adhuc Vers. Bibliorum Armenicæ Autorem nominat, unde v. ipsum habeat, non dicit. Verba ejus sunt: *In aliqvibus etiam Orientis tractibus Armeniacè conversi Scripturæ libri usurpantur, qvi Auctoremne Chrysostomum vel GEORGIUM primum Armenorum Patriarcham habeant, an secus, αὐτόπται dijudicabunt.* Qvam dijudicandi facultatem mihi qvidem jam tribuere neqveo, vereor autem ne (sphalma [illegible]graphicumne an typographicum? ignoro:) hic irrepserit, atqve GREGORIUS vice GEORGII nominandus fuerit, qvem Armenorum fuisse Archiepiscopum, [illegible] in urbe Armeniæ Ecklimianin martyrii ubimet peperisse decus, po[illegible] puteo, qvorsum projectus fuerat, 14. annorum spatio miraculo[illegible], *Kircherus* in Chin. Ill. p. 86. b. m. affirmat. Eusdem GREGORII [illegible] Rex Majoris Armeniæ Tiridates, cœlesti dextrâ ob im[illegible] da-ctus, & qvi S. virum durissime antea vexaverat, restitutus [illegible], ut deinceps ad Christianorum castra transierit, subjectisqve imperaverit, ut Christiani[illegible] consortes redderentur: qvin & cum hoc ipso GREGORIO [illegible] Constantinum Imperatorem pergens, prolixos de religionis propagatione sermones [illegible]rit, tumqve fervens pietatis assertor evaserit, ut jejuniis & assidua [illegible]

nulli

nulli Monachorum cederet. Vid. *Gerb.* l. c. cap. 3. §. 3. sub cujus finem etiam hoc, de Gregorio, è *Theodor. Balsam.* Opere Canon. Conciliorum p. 1097. & *Baron.* Epistol. S. Nicon. ad ann. 111. §. 24. observatum scribit: *Laudatus* Leontius *Armeniorum Pontificem GREGORIUM, Litterarum Sacrarum eruditione, & in Ecclesiâ totâ tempore qvoqve priorum Pontificum omni virtutum genere maximè conspicuum, ordinavit.* Tandem etiam qvod apud *Huetium* Gregorii nomen cum Georgii permutatum sit, id etiam confirmare videtur, qvod *Georgius Tectander* in Itinerario suo Persico, anno seculi hujus decimo edito, p. 11?. f. scribit: Als ich dorten (in Erivan, qvi locus Patriarchæ Armenorum sedes est, ad radicem Montis Ararat situs, & monasterio Armenorum celebris, vid. *Kircher.* l. c. Cæterum si utraqve, tùm *Kircheri* tùm *Tectandri* subsistere [illegible] debet, necessum est, S. Gregorii cadaver ex Etschmianin in Erivan deportatum, ibidemqve terræ mandatum esse.) ankommen / haben mich die Armenier herrlichen / als einen Königischen angenommen / und mich von allererst in die Kirchen geführet / mir eine gebackene Menschen Hand und in Gold eingefasset / gewiesen / und mir durch meinen Dolmetscher / daß es S. Gregorii Nazianzeni, so daselbsten begraben läge / rechte Hand wäre / vermelden lassen. Cum proinde non infreqvens Gregorii, nulla vicissim Georgii, in Armenorum historiâ fiat mentio, meliori jure Gregorius, qvam Georgius, de gloriâ translationis Scripturæ in lingvam Armenicam cum Chrysostomo certare poterit.

Sed enim, ne nos amplius in Autorem Versionis Sacri Codicis Armenicæ investigandi studium fatiget, qvisqvis etiam ille fuerit, certum est ipsum in Veteris Instrumenti interpretatione Prototypon, qvod tunc, præter Targumim, extabat unicum, LXX. Viralem Versionem elegisse, illumqve accuratè plerumqve expressisse, ita tamen, ut suæ ipsius libertatis non prorsus fuerit immemor. Utriusqve testimonium Obadias noster perhibebit & Annotationes eidem annexæ, in qvibus maximè posterius assertum p. 9. m. 10. f. 1? [illegible] 2? f. 24. f. 2? m. 20. [illegible] 30. m. confirmari videas. Qvanqvam & hoc [illegible] re [illegible] judicem, qvod Versionem Armenicam, cum tantæ sit [illegible], in locis plurimis veram Versionis LXX. [illegible]ionem restituturam judicem, adeoqve à nostrâ qvidem, qvam hodie habemus, [illegible] genuinâ tamen minimè discrepare. Qvin imò asserere non dubito, ex illarum Versionum Orientalium, qvæ ex LXX. Virali natæ sint, & qvæ omnes [illegible] habent decerpitam, collatione veram Matris faciem aspici posse, vel saltem, qvæ [illegible] sit proxima. Id qvod Philologis dijudicandum relinqvo.

Tantum vero abest, ut vel veri Script. S. Armenicæ Translatoris ignoratio, vel

vel Testamenti V. è Versione LXX. virali productio, ipsius Codicis Autoritatem elevet, ut illius potius maxima apud Armenos sit veneratio. Id qvod in Epistolâ, Constantinopoli ab Europæo Theologo (qvem nominat *Ingénuus* l. c.) Anno M D. LXXVI mense Augusti scripta, & exhibita ab *Hottingero* Topogr. Eccl. p. 65. clare demonstratur his verbis: *Codices Sacros (Armeni) sicut & Græci, summum honorem, vel etiam majorem habent; OSCULANDO eros [illegible] & [illegible]. In Missa vero pedetentim, cum magna reverentia [illegible] mirabilis elevatur, ut & posterius calicem [illegible] consecrato. Inter elevandum pectus pulsat, cruce se signat, terqve osculatur terram. à qva humilitate Patriarcha qvidem ipse [illegible] alienus est, qvam & tertiâ & qvartâ vice intra Missam ostendunt. Post elevationem cuicunque alterum Osculo Sacro salutat. Psalmodia plurima fuit in honorem Ascensionis Christi. Finitâ Missa, Patriarcha (sic enim appellant) [illegible] aliqvot in frusta dividit: Singuli accedunt ordine, & OSCULANTES LIBRUM BIBLICUM, manumqve Patriarchæ, frustulum accipiunt; qui vult eleemosynam loco ἀντίδωρα imponit.*

Ipsum qvod Idioma venerabilis hujus Versionis, ac propterea in Oriente toto Celeberrimæ, (vid. *Hottinger.* Fascic. Dissertat. pag. 185. s.) concernit, in qvod Sacer Codex transfusus est, in allegata modo Epistola Constantin. p. 64. s. s. [illegible] l. c. habet, *Doctoribus tantum Armenis notum;* & *a [illegible] parum diversum* a superius laudato *B. Dn. Gerhardo* l. c. cap. V. §. 1. qvæst. H. 4. a. m. dicitur, de qvo mihi nunc judicium ferre non licet. Hoc verum maximè consentaneum est, prout Metaphrastarum aliis Scripturam S. (qvo non pretiosior, & qvi certam magis easdemqve Versionem mereatur, in Orbe liber datur:) de lingva in lingvam transferentes, nihil omittunt, qvod ad styli elegantiam ac nitorem facere qveat, id etiam Armenum Interpretem fecisse. Jam vero cum etiam vernaculi sermonis sublimitas plebis indoctæ captum nonnunqvam transcendit, possibile omnino est, locutiones qvasdam obscuras minùsqve pervias imperitis fuisse: num vero Idioma totum à vulgari tantopere diversum sit, ut non nisi ab Eruditis intelligi qveat, nonnihil ambigo. Qvin novum & hoc nemini non largior, in hac tantæ [illegible] Versione [illegible] vocabula, qvæ, cùm [illegible] qvidem recepta fuerint, hodie autem obsoleverint, non nisi à doctis intelligantur, cujus rei exempla [illegible] Germanica versio [illegible] duorum (ne dicam duodecim, cum Armenica [illegible]) plura dabit.

Utrumqve vero Testamentum, Vetus Novumqve, in Armenicam lingvam translatum est, ipsis nec Apocryphis libris exceptis, qvi cùm Canonicorum Ordini

Ordini inspersi immixtiqve sint, operæ pretium, librorum V. T. seriem hic exhibere: Pentatevchus, Josua, Judices, Ruth, Libri IV. Regum, Libri Paralipomenon, Liber tertius, primus & secundus Esræ, Tobias, Judith, Esther cum fragmentis suo loco insertis, Liber 1. 2. & 3. Maccabæorum, qvorum ultimus neqve Capitibus, neqve versibus distinctus est. Job, (cum qvo altera Bibliorum pars ratione pagellarum incipit) Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Jeremias, Threni, Baruch, Ezechiel, Daniel cum fragmentis suis, & Δωδεκαπρόφητον, qvod cum N.T. Libris consveta serie exhibetur, in Editione meà, ad qvam dicta hactenus me nunc dimittunt.

Bibliorum Armenicorum recentissima Editio (qvam, num alia unqvam anteverterit, dubito) jussu Reverendi Domini JACOBI, Armenorum Proto-Patriarchæ (duobus enim tantummodo Patriarchis, qvos nomine *Catholicorum* insigniunt, subsunt, qvibus plures parent Episcopi; vid. Autt. cit.) juxta Delmatiam, adornata est, atqve Anno Salvatoris M. DC. LXVI. Æræ Armenorum MCXV. Amstelodami, in forma, ut loqvi amant, qvarta majori, nitidissimis typis, chartà purissima, columnisqve divisis, historiis Biblicis pluribus figuris æneis repræsentatis, locisqve parallelis textui uberrime adjectis, Capitibus in certas suas partes distributis, distinctisqve notatis versibus, prodiit. Novo Testamento singulorum Librorum Biblicorum Argumenta subjiciuntur, unde etiam Obadiæ nostri excerpta [illegible] p. [illegible]. in [illegible]. His [illegible] V. [illegible] in Novo [illegible] innectitur, qvem [illegible] excipit, [illegible] ordine alphabetico [illegible] plurimarum [illegible] occurrentium memorabilium rerum alphabetica serie digesta [illegible] subjicitur. Hunc Carmen Rhythmicum excipit, & ad Lectores [illegible], qvas cum duabus Præfationibus Bibliis præmissis, nunc perlustrare, [illegible] negotia in editionem majoris operis impendenda prohibuerunt. Qvod [illegible] negotii impo[illegible] i fuerim, [illegible] omnia in Latinum sermonem [illegible]eram, atqve [illegible]. Cæterùm eadem hæc est Bibliorum Armenicorum Editio, [illegible] qvam ad[illegible] circ[illegible] Linguæ moranti [illegible], *Dn. [illegible]erus* in recens editâ Criticâ suâ S. p. 3[illegible]. non sine laude meminit, ipsamqve versionem *non indignam diligentiori Scrutinio* judicavit, [illegible] etiam versum Psalmi CXIII. 3. citato libello suo p. 480. in[illegible] ipsi excerpsit.

Sub[illegible] non leviter mirari, intra qvatuordecim totos annos, qvi scilicet Editionem jam intercesserint, hanc Bibliorum Armenicorum Versionem in Philologorum notitiam, ne dum manus, haud venisse:

nisse. apud ipsosmet etiam Belgas hunc sepultum fuisse thesaurum, in qvorum tamen gremio natus erat: qvo ipso sanè Exemplarium defectus, qvem supra commemoravimus, non leviter confirmari vult, qvi tamen (qvod ob bonum Ecclesiæ publicum moneo!) abstergere neminem debet, ut in Sacrum hunc Librum diligentius inqvirat, nec negligentiâ vel procrastinatione suâ ipsum dulce blattis tineisqve prandium fieri concedat; nec efficere, ut Lingvæ ipsius cultum inclementius atqve inconsultius qvispiam aspernetur, cujus nimirum fide nostrâ longè major utilitas existit. Id enim primarium in omni re agendâ argumentum est, ut sciamus, Cui bono? Neqve hoc immeritò. Nam & temporis non rite collocati olim erit reddenda ratio. De usu proinde Lingvæ Armenicæ cum verba mihi hic facienda sint, isqve ob Lectorum oculos clarè ponendus, ut ipsorum animi ad amorem saltem, nisi & cultum alliciantur; vereor, ne si omne qvod hic congeri posset, exponerem, Præfationis limites longè excederem. Qvare cum propediem in peculiari dissertatione (qvæ Locorum Scripturæ triadem, ab Interpretibus mirum in modum tortam, ex hoc fonte, qvod spero, non infeliciter explicaturus sum, atqve contra nonnullorum adversus hæc mea cœpta objectiones me nonnihil securum reddam.) Lingvæ Armenicæ usum, qvem in Explicatione Vocum, fortassis plurium, Scripturæ S. habet, ostensurus sim; de alio potius, qvàm hoc, prolixiores hîc lineas ducere convenit. Atqve ut de Versionis etiam Bibliorum Armenicorum Antiqvitate, Autoritate ac Celebritate, argumento plurimum sanè ad Lingvæ culturam movente, non repetam, qvæ dicta superius fuerunt: collatio certè tam nobilis Versionis (jam olim etiam tentata, ut infra audiemus,) cum aliis, imò ipsis Fontibus, absq; usu esse minime potest. Qvo de ipso tamen aliud tempus solidiora dicere mihi concedet. *Ignota manerent* (Verbis utor Nobiliss. Dn. Ludolfi, qvæ habet in dedicatione Grammaticæ suæ Æthiopicæ:) *Religionum arcana; res gentium & commercia Nationum, nisi cognitio Lingvarum accederet, sine qvarum adminiculo multa absurde & incongruè dicuntur & scribuntur, qvod in commemoratione rerum Æthiopicarum sæpe accidisse constat.* Idem ego in rerum Armenicarum traditione factum esse vereor. *Tam n. densis & pene Cimmeriis tenebris Historia Armenica sqvalet, ut quamvis omnibus juxta adagium vestigiis inqviras, vix noris, cujus Scriptorum pollicem premere debeas, aut ubi tuto pe[illegible]gendus sit;* dicente *B. Gerhardo* l. c. cap. II. §. 4. Præterea Christianum nomen gens Armenia gerit, vel ob hoc unicum minimè indigna habita â *Sozomeno* lib. 2. c. 4. cit. *Gerhard.* Cap. 2. §. 3. qvæ sibi *Divina* appellaretur, nec habenda nobis, quæ accuratiùs innotescat, cum qvâ res artesqve nostras, tam pacis, qvam belli, optimo jure communicemus.

centur. Sed hæc etiam inter rationum fastigia se ponit causa, ob quam in Armenorum scripta profundius nos immergere deberemus, qvò eos Armeniæ cum Romana ac Reformatâ consensum, qvem utraqve maximo studio (teste eodem D. *Gerh.* l. c. Cap. ult. qvæst. 2.) falsitatis convinceremus, probaremus vicissim, qvam proximè in religionis negotio nostræ Ecclesiæ Evangelico-Lutheranæ Armeni accedant. Qvod ipsum sane non cum exiguo Ecclesiæ nostræ usu atqve ornamento conjunctum foret, maximè si & Historiam ipsorum genuinam Ecclesiasticam (qvod huc omninò reqvireretur) produceremus, in qvâ memoranda plurima occurrent, & cujus aliqvam, eandemq; levissimam ideam Autores supra citati, *Kircherus*, *Waltonus*, *Hottingerus*, *Pfefferus*, *Gerhardus* exhibuerunt. Ut taceam multa in ipsorum Scriptis reperiri, qvæ rem nostram literariam mirum qvantum vel adjuvarent, vel saltem illustrarent. Nemo etenim sibi persvadere debet, felix datum esse Europæis, ut ingeniosis inventis superbiant, hujusq; terrarum partis & culturæ sapientiæ eosdem esse limites. Minimè gentium! Exteris etiam populis, maximè verò, qvos oriens jubar opprimit, benigna mater Natura, scire concessit, qvod ignorant alii. Atqve horum Ordini jure meritoqve etiam Armeni adscribuntur. Cujus rei ut vel unico testimonio adstruamus fidem, subtile idemqve pium Armenorum inventum, qvo SSæ Trinitatis mysterium illustrare conantur, cum subnexâ explicatione vocis *Adam*, ex *Athan. Kircheri* Prodromo Copto cap. 6. p. 159. s. excerpere visum est: *ARMENI nomen Dei, ac summa qvædam mysteria fidei, teste* Ambrosio Theseo, *litteris consignant. Nam per primam Alphabeti literam* ա, *qvam* Aip *vocant, conjunctam ultimæ dicti Alphabeti, videl. 39.* (*Nam τὸ* ւ Kircherus Alphabeto inserit:) o, *qvam* Aipun *dicunt, idem denotant, qvod Hebræorum sapientes per tria Jodim circulo inscripta, seu qvod Græci per primam & ultimam Alphabeti sui literam* Α & Ω, *videlicet illum, qui se* Α & Ω, ա & o Aip & Aipun, *principium scilicet & finem esse dicebat. Nam in* ա Aip, *primâ Alphabeti Armeniaci literâ, qvæ tribus lineolis ad basim literæ perpendiculariter erectis effigiata est, tria in uno conveniunt, Pater videl. & Filius & Spiritus Sanctus tres unum sunt. Et* o Aipun 39. *litera Alphabetum claudens, nec ad qvadragenarium numerum transire permittens, orbis est in se revolutus atqve reflexus, principio & fine carens, Trinitatis unionem inscrutabilem designat. Testatur hoc Monogramma Armenicum, qvod in libro seu Charta qvadam convolutâ Armenicè scriptâ Bibliothecæ Vaticanæ, Orationum principiis præfixum videtur, ut seqvitur* (ա) *; ac proinde hoc nomen per hujusmodi characteres repræ-*

 sen-

sentatum idem est, qvod Հելի Հուպէլ որ թարգմանի մեծ է ած (Kircherus litteris Latinis sic scribit:) *Heli hubelur tarcmani mietie astuvati,* h. e. Heli ;(qvod est ex Ebræo אֵל, unde אֵלִי *Deus meus.* Conf. *Ang. Roccha à Camerino* Bibl. Vat. p. 311.) Hubel qvod exponitur Magnus Deus. *Alia praterea plurima in voce* Adam, *qvam per primam hanc literam referunt, recondita Sacramenta ostendunt. Sed qvia illa digna sunt scitu, ea hic subjungam. Dicunt Armeni, Litteram* ա Aip *propagationis humani generis per Adamum primum, & redemtionis deperditi, per Christum, Adamum secundum facta, Symbolum esse. Hinc eam vocant mysticè* ադամ Adam,! *h. e.* Հոյղ huug *terra, aut* կորդ երկիր *Curt ergir*, Terra virgo: *vel* Հոյղ մարմնացեալ *huug marmnatial*, Terra incarnata, *aut* կարմիր Հոյղ *carmir huug* Terra rubens: *vel qvemadmodum alii qvoqve explicant, teste* Ambros. Theseo (p. 145. a.) Qvi ex terrâ totâ suâ. *De qvo illud qvoqve D. Pauli intelligunt Armeni* (1. Cor. XV, 22.): որպէս ադամաւն ամենեքեան մեռան (in meis Bibliis legitur մեռանին.): նոյնպէս (jam in meo exemplari seqvitur և.) Քրիւ ամենեքեան կենդանասցին (in meo Codice extat կենդանասցին.): *Urbes Adamaven amenechian merran, nunbes Christus evi amenechian ghientanatian.* Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur.

Qvin imò prout cantu produntur aves, sic Armenorum etiam in Philosophicis studiis profectus elucescunt. Ut enim Logicas Institutiones, qvas *Galanus* ipsis conscripsit, non tangam, felicissimos etiam inter ipsos Poësis (cujus rationem exponit laudatus *Galanus* Gramm. Arm. p. 16. seqq. unde qvædam excerpsit *Dn. Pfeifferus* in Dub. Vex. p. 618. f.) Cultores reper[illegible], illustri Argumento sunt BIBLIA Ipsorum RHYTHMICA, qvæ nuper ad manus meas pervenere. Autorem hæc agnoscunt, qvem titulus monstrat, *Nersesium*, (cujus *Galanus* meminit l. c. f. 16. b. & 17. a.) Armenorum Catholicorum Patriarcham, ac Celeberrimi inter ipsos nominis Poëtam, qvi Historias Biblicas Præcipuas in rhythmis elegantissimis recensuit, & illas qvidem, qvas e V. T. selegit, omnes unicæ terminationi իւն, ԻՆ, inclusit, qvas vero e N. T. excerpsit, sub variis finibus proposuit. Liber ipse Amstelodami, iisdem Characteribus, qvibus Librorum Biblicorum Armenicorum titulis singulis paginis appositi, & qvi majores nonnihil sunt illis, qvos textus ipso Biblicus habet, eodem forte anno (abest n. numerus) qvo Biblia prodierunt, impressus

pressus est, ac 37. octernionibus absolvitur, qvos plures ornant imagines, qvæ historias repræsentant. Tandem & Armenicæ Lingvæ cultum nobis Germanis, Armenorum in nos affectus benevolus, nostræqve lingvæ notitia, nisi seriò, saltem ob gentis gratiam aliqvantulum commendare posset, qvi alias dies noctesqve in illorum addiscendis lingvis, qvi inimici nostri infensissimi sunt, perdimus. Illum sanè nullibi satis deprædicare possunt Historiographi, qvorum testimonia contemperandæ prolixitatis ergo omittenda nobis sunt, videri tamen qveunt apud *Dn. Olear.* in Pers. Reise-Beschr. P. 2. p. 380. 392. 400. 401. *Nicetam* lib. 2. p. 46. 47. *Lazium* lib. 7. de Migrat. gentium, *Schilpergerum* in Histor. German. cit. *Gerhardo* in sæpius alleg. dissert. c. II. §. 12. ubi & *Aventinum* ex *Reineсс.* append. ad Haython. Syntagm. p. 261. allegat.

Eximius hic Armenicæ lingvæ usus, cujus levissimam tantum umbram hic posui, & qvem pleniùs, tam in Theologiâ, qvàm Philosophiâ ostensurum se in litteris ad *Hottingerum* (teste ipsemet in Fasc. diss. p 187.) datis, qvondam, sed qvod vereor, frustra promisit *D. Dudleius Loftusius, J. U. D.* ad intimius sui scrutinium me allexit, maximè postqvam Armenus Codex Biblicus ex liberalitate superiùs laudati Mæcenatis mihi cessit. Eandem igitur ut in aliorum etiam animis facerem orexin, caveremqve ne excitata illa rursus exstingveretur, *Typum Armenicum* (ut strictim attingam, qvæ in Dedicatione hujus opusculi dixi fusiùs.) procuravi, ejusqve Specimen in *Obadiâ Armeno* exhibere volui, qvem Lectione & Versione Latinâ circumdedi, & in subnexis annotationibus explicui, qvibus de singulis aliqva adhuc dicenda supersunt.

Textum Prophetæ *Armenum* ut Latinis exprimerem verbis, duplex me movit ratio, ut scilicet tùm tirones, (qvorum in gratiam Alphabetum qvoqve cum paucis ad Lectionem facientibus, subjunxi:) hujus in Lingvæ lectione nonnihil adjuvarem, tùm ut alii etiam, istius ignari, sonum verborum perciperent, ex eoqve judicare possent, qvâ cum lingvâ sermo Armenus coleret affinitatem.

Qvanqvam autem *Lingvæ* hujus *Pronunciatio* parum svavitatis admixtum sibi habere, atqve plurium imprimis consonantium concursus eandem nonnihil horridam reddere, nec non exasperare videatur, ut vel inconditi isti soni animum â Lingvæ cultu alienum reddere possent: nihilo tamen secius, si modo pronunciatio, qvam per Latinas litteras exactè repræsentare neutiqvam valemus, ritè formetur, & freqvens illa consonantium coagmentatio legitimâ interpositione literæ E dissolvatur, gratiores longè auribus præbebit epulas.

Versionem Latinam qvod concernit, ea litteram presse seqvitur, & hoc itidem in tironum gratiam, qvibus translationes in sensu tantummodò

 exprimendo

exprimendo occupatæ meræ propemodum sunt tenebræ: hinc qvæ sermoni scabrities erit affabricata, nemini esse debet offendiculo.

In conscribendis *Annotationibus* eâ sum methodo usus, ut primò in Grammatica vocum Armenicarum Analysi occupatus fuerim, cujus negotii unicus hic scopus est, qvod futuros hujus lingvæ cultores nonnihil adjuvare voluerim, ut hoc subsidio instructi ulterius atqve facilius in lingvam hanc sese penetrent. Utut verò labor hic à qvopiam despicatus haberi qveat, necessarius tamen iis est, qvi qvicqvam in hoc studio tentare cupiunt. Haud secus atqve claves, exigui sunt pretii, qvibus tamen Cæsarum Regumqve Gazophylacia reserantur. Qvid? qvod in eodem ipso labore Duces habeam Viros longè celeberrimos, qvibus cùm proximè elapso seculo Ebraicam promovere lingvam sederet animo, varias Bibliorum partes Analysi Grammaticâ donatas cum Auditoribus suis communicarunt. Ex his vel solum nominasse *Reuchlinum* sufficit, qvi Anno MDXII. libellum sub hoc titulo promulgavit: Joh. Reuchlini *in VII. Psalmos Pœnitent. Hebraicos interpretatio de verbo ad verbum, & super eisdem Commentariolis suis ad discendam lingvam Hebraicam ex rudimentis.* Huic igitur, aliisqve Viris doctissimis vitio verterit, qvòd in Grammaticalibus hæserint tricis, qvi nunc mihi, cujus insuper in Armenicis initia, cum aliorum qvorundam in literaturâ aliâ primordiis collata, parum fortè, nisi omnino nihil cedunt.

Qvibus vero [illegible] laborem hunc aggressus fuerim, non omnino reticendum arbitror. Scilicet non nisi duos præcipue in hanc rem Autores usurpavi, qvorum tamen neuter mihi satisfecit. Alter horum est *Clemens Galanus*, Clericus qvondam Regularis, Theol. Professor, sedis Apostolicæ ad Armenos Missionarius, & Jacobi de Gregoriis, cujꝰ initio præloqvii hujus mentionem feci, olim, qvod ferebat, Præceptor, qvi *Grammaticas & Logicas institutiones Lingvæ litteralis Armenicæ*, cum brevissimo *dictionario Armeno-Latino*, non nisi dictiones Scholasticas complectente, Romæ An. MDCXLV. in formâ 4ta edidit, & ex qvo Dn. D. Pfeifferus Præcepta sua methodica collegit, cùm ante hos octo annos istius lingvæ apud Ipsum poneremus rudimenta. Alter a me consultus autor est *Franciscus Rivola*, Civis Mediolanensis, cujus *Dictionarium Armeno-Latinum* Lutetiis Parisiorum Anno MDCXXXIII. in 4to editum, freqventius qvàm fructuosius a me evolutum est. Hic enim, ut breviter me expediam, eadem mihi qverelâ opus est, qvam *Cl. M. Theodorus Petræus* in præfat. libelli sui Doctrinam Christianam Armenicè tradentis, Annoqve MDCLXVII. Amstelodami, typis Armenicis, cum Versione Latina in 8vo, editi, effudit. Qvamqvam enim freqvens hujus autoris in Annotatio-

notationibus citatio fit, tamen plerumq; locus allegatus vel censuram meretur, vel suspectæ fidem probitatis est. Merito proinde cum laudato *Petræo* conqveror: *Europæos nostros in hac materia intactâ, & nondum exculta lingvâ, vel parum vel nihil consulere potuisse. Extat qvidem dictionarium Armeno-Latinum*, procul omni dubio Rivolam innuit, *qvod opinione minus offendi, & nonnisi cum delectu legi debet: præter enim summam vocabulorum penuriam, qva laborat, etiam errorum minime tolerabilium colluvie scatet, ac vocum peregrinarum admixtione: dignius qvod cum aliis ejusdem farinæ Lexicis Orientalibus, sub celebribus nominibus sæpe vulgatis, βιβλιοτάφοι ad pompam & ostentationem asservarent, qvam ad usum & consultationem. Sane tales Lexicographos nostra fortem temerarios, mirari convenit, dum cæteris* [illegible] *facem præferre ambiunt, illo faciunt ignis instar in devios errores &* [illegible] *inducunt: offendentibus enim & titubantibus hisce, offendunt & titubant alii.* Qvare in sterilis hujus atqve asperi agri cultura multa etiam mihi loca occurrerunt, qvæ jam inoffenso pede transire poterit Lector, postqvam ego in removendis obviis stipitibus prolixe nonnunqvam desudavi.

Post enodationem Armenicarum vocum Grammaticam ad *Collationem Versionis Armenicæ cum textu Authentico, aliisqve*, sed paucis, qvia ad manus plures non fuerunt, Orientalibus atqve Occidentalibus *Versionibus*, pedem tuli. Qvâ in re jam olim venerandum Antecessorem ex parte habui, Scholiasten Syrum Gregorium, qvi teste *Hotting.* Fasc. Diss. p. 165. *Crebram in Scholiis suis instituit collationem textuum Græci, ARMENICI, Ægyptiaci, Aqvilæ, Symmachi,* [illegible] *& Cyreaphiensis, cujus subinde mentionem injicit ad* Psalm CXVII, 13. & CXXXVI, 1. qvod ipsum sane in illustris argumenti vicem adhiberi non tam potest qvam debet, minimè postremæ Veteribus collationem Versionum curæ fuisse, ipsosqve Posteritati lucubrationibus suis relinqvere voluisse, qvod imitarentur, venerabile exemplar. Atqve producit etiam memoratus *Hottingerus* l. c. nonnulla loca, ubi Versionem Armenicam cum aliis laudatus Gregorius contulit, qvæ dicto loco [illegible] cum aliis perlustrare non intermittam. Qvantamcunqve vero laudem Veterum in conferendis Versionibus conatus mereatur, ex eo tamen multum detrahit æstimationis, qvod plerumqve neglectis Fontibus [illegible] transfugerint: Ego proinde, ne in eundem lapidem impingerem, ubi necessitas flagitavit, plenariæ collationi studui, atqve [illegible] occasione etiam de vero textus Authentici sensu, maximè ubi nonnihil intricatior fuit, eruendo, fui sollicitus: Ubicunqve etiam in aliis Versionibus singulare qvidpiam occurrit, excerpsi. In his vero adornandis

 omnibus

omnibus ita me gessi, ut intra Philologorum cancellos substiterim, nec falcem in Theologorum messem immittere voluerim: Comtiora tamen adhuc fuissem daturus, nisi alia, qvæ jam mihi tractanda incumbunt, & qvorum supra memini, tempus surripuissent, librorumqve necessariorum defectus obstitisset.

Sic ergò adjuvante Divino Numine, fenestram patefeci, per qvam liber in Armeniam prospectus permittitur. Januam qvoqve apertum iri me promitto, per qvam liber in Armeniam transitus pateat, si Viris doctis rudia hæc Armenicæ litteraturæ initia non displicuisse cognovero. De cætero, cum nihil amplius Lectori dicendum restet, ad Deum ter O. terqve M. me humilime converto, Divinæqve Suæ Clementiæ submissas ago gratias, qvod difficultates, qvibus hoc *Litteraturæ & Characterum Armenicorum Specimen*, tùm ex parte fabricandi typi, tùm illarum rerum, qvæ propositæ sunt, circumscriptum fuit, felicissimè tollere voluerit; Ea porro benignissimè largiatur, ut hoc omne, & qvicqvid imposterum è Litteraturæ Armenicæ fœcundo sinu tolletur, ad Nominis Sui Divini gloriam, Ecclesiæ usum ac decus tendat. Pòst Christianæ memor pietatis Patrem misericordiarum supplici rogo prece, ut Ovile suum, in tam dissitis terris tot lupis circumdatum, tot cinctum barbaris, ab hostium impetu ac sævitiâ immune clementissimè servet, errantes adhuc in eo oviculas in rectum tramitem deducat, omnesqve Divinæ Suæ tutelæ usqve ad finem seculi commendatas habeat; Tandemqve efficere velit, ut indies nascantur plures, qvi serio SCRIPTURAS SCRUTENTUR, TOTQVE JOSEPHORUM IN ORBE DAMNA ALTIÙS EANT PERPENSUM!

Vale Lector Benevole, & ignosce, si diu nimis in Præloqvio hoc te detinui. Causam prolixitatis facilè subodorari poteris, si sagax es; valere etiam hanc apud te sines, si, qvem nominavi, benevolus.

Cœterum cùm Errata sustuleris, qvæ pagina ultima sistit, ac in talismodi opera non possunt non irrepere, ne qvæso graveris etiam seqventia ad p. 21. lin 16. post vocem դու. referre: Vel etiam sic explicari posset: *Adversus Personam tuam.* Nam դէմ Armenis *Personam* notat. Item ad p. 4. lin. 14. post vocem *fuerint* hæc: Qvanqvam Masora Interpretationem alteram huic præferendam non obscurè innuit circulo voci huic תָמִיד imposito, ac בספר מוגה *in Codice probatissimo*, qvod ait, reperto, qvi aliud nihil h.l. significare potest, (id qvod Masoræ periti animadvertent:) qvàm qvòd in aliâ significatione hæc vox sumenda sit, ac aliàs. Jam vero præter ordinariam *Jugem*, *Jugiter*, qvæ sic rejicitur, alia non superest, qvàm *Vivi*. Et credideris hoc, qvod

qvod â Judæis Exegetis, ipso etiam *Jonathane* in Targum, qvi habet תְּדִירָא *jugiter*; Interprete Syro, reddente per ܐܫܬܐܝܬ (Versio in Op. Angl. vertit *Jugiter*, sed malim) *Verè*; nostrâ Germanicâ, qvæ transfert Täglich/ & Versionibus aliis prætermissum, ipsisqve meis oculis primâ vice elapsum est, à LXX. Lingvæ Ebrææ gnarissimis, utut, qvi punctatis Scripturæ exemplaribus destituti fuerunt, nec Masorâ, jam tum qvidem, licet non tantâ, ac hodiè, exstante, instructis, esse animadversum, qvi propterea consultò hanc vocem reddiderunt per *Vinum*, qvos deinceps Armenus & Arabs secutus est. Atqve hoc ipsum me movet, ut plus jam Masoræ, ac *Τῶν ὁ* & hos seqvacium Autoritati tribuam, qvàm Kimchii, cui antè innitebar, aliorumqve Exegetarum, atqve nunc *Vini*, ejusdemqve pejoris notæ, significatum hic omninò retinendum judicem, nec repugnante συναφεια textus; locumqve hunc non malè cum Psalm. LXXV. 9. conferri posse arbitrer, ubi sic legitur in Versione Jun. & Tremell: *Nam poculum in manu Jehovæ, & vinum turbidum est, plenum mixtione, ex qvo fudit: veruntamen faces ejus, qvas expresserint, bibent omnes improbi terræ.* Cæterum in Tr. Thalm. *Berachoth* cap. 6. fol. 38. a. m. Synonymum ת״ל תמר lego, טרמא רפירצני qvod *Raschi* declarat per: כתית ענבים לתת לתוך החרצנים מים לעשות יתר

Uvis secundâ vice *expressis, postqvam acinis aqva prius affusa est, ut inde lora fiat.*



L. N. J.

OBADIÆ ARMENI

LECTIO. TEXTUS. VERSIO.

MARCHA-REUTTIUN ABDIU.



ՄԱՐԳԱՐԷ֊ ՈՒԹԻՒՆ ԱԲԴԻՈՒ :

PROPHETIA OBADIÆ.

verſ. 1.

Deſil Abdiu, or egeu jarraccchan zels Aſuresdanujn.

✻ Տեսիլ Աբդիու որ եղեւ յառաջ քան զելս ասու֊ րեստանւոյն :

Viſio Obadiæ, qvæ fuit ante Aſcenſus in Aſſyriam.

AISBES ASE Der zedom : Lur luvav i Derne : Eu baſcharumn arracheaz i hettanuſs : Aricch, eu jarizzucch ivr nuza i baderazm.



ՅՍՊԷՍ ԱՍԷ Տէր ցԵդովմ. լուր լուաւ ի Տէ. եւ պաշարումն առաքեաց ի հեթանոսս : Արիք. եւ յարիցուք ի վր նց ի պատե֊ րազմ :

HOC MODO dicit Dominus ad Edom: Rumorem audivit à Domino, & Obſidionem miſit gentibus: Surgite, & ſurgemus adverſus illos in bellum.

V. 2.

Aha Sagavavor edu zchez jazchs, eu anarcheal es tu jujgi.

✻ Ահա՛ սակաւաւոր ետու զքեզ յազգս. եւ անարգեալ ես դու յոյժ :

Ecce parvum reddidi te in gentibus, & contemtus es tu valde.

A

verſ. 3.

verf. 3.

Hbarduttiun frdi cchuj barzrazzujzz zcchez bnagil i dzachs vimazz, barxrazzuzzanel zbnachuttiun ivr, ev afel i frdi ivrum ov icuszze zis jerchir.

* Հպարտութի̅ն սրտի քոյ բարձրացոյց զքեզ բնակել 'ի ծակս վիմաց. բարձրացուցանել զբնակութի̅ն իւր. և ասել 'ի սրտի իւրում ով իջուսցէ զիս յերկիր:

Superbia cordis tui extulit te, habitare in foraminibus petrarum; efferre habitationem fuam, & dicere in corde fuo: qvis ex alto deturbabit me in terram?

v. 4.

Ette barxraszzis ibrev zardsovi, ev ette imec asdegazz tizzes zbujn cchu, ev andi icuzzizz zcchez a e Der.

* Եթէ բարձրասցիս իբրև զարծուի. և եթէ իմէջ աստեղաց դիցես զբոյն քո. և անտի իջուցից զքեզ. ասէ Տ̅ր̅:

Si extuleris te ficut aqvila, & fi inter fidera ponas nidum tuum, & inde deturbabo te, dicit Dominus.

v. 5.

Ette chogozz mdealer arr cchez cham avazachazz chifcheruj, urev ergugeir, ev ucc arteocch chozanajin bavachan ivreanzz, ev ette chttogcch mdeal ein i cchez, eu ucc etteg-jirr mi ucc ttogovin.

* Եթէ գողոց մտեալ էր առ քեզ՝ կամ աւազակաց գիշերոյ՝ ուրև էրղուղէիր. և ոչ արդեօք գողանային բաւականն իւրեանց. և եթէ կթօղք մտեալ էին 'ի քեզ. և ոչ եթէ ձիւ մի ոչ թողուին:

Si furum *aliqvis* introiret ad te, aut latronum *aliqvis* noctis, ubi projiciebaris nec qvidem furarentur fufficientiam fuam: & fi vindemiatores introirent ad te, nec nifi racemum unum relinqverent.

v. 6.

Ziart cchnnezav Efav, ev embrrnezan dfadsuchcch nora.

* Զիա՞րդ քննեցաւ Եսաւ և ըմբռնեցան ծածուկք ն̅ր̅:

Qvomodo inveftigatus eft Efau, & deprehenfa funt arcana ejus?

V. 7.

v. 7.

Minccevi sahmans arracchezzin czcchez amenain arcch uchdi cchuj tarxan enttem cchu, zorazzan iver cchu arcch chagaguttean cchuj, varanezzin zcchez ucć chujr imasduttiun i mna.

* Մինչև ՚ի սահմանս
առաքեցին ըզքեզ. ամ
արք ուխտի քոյ դարձան
ընդդէմ քո. զօրացան իվր
քո արք խաղաղութե քոյ.
վարանեցին զքեզ՝ ոչ գոյր
իմաստութի ՚ի նմա:

Usqve ad fines ablegarunt te, omnes viri voti tui converterunt se adversus te, corroborati sunt adversus te viri tranqvillitatis tuæ, perturbarunt te, non erat sapientia in eo.

v. 8.

Javur jajnmig ase Der chorusizz zimasduttiun jerchren Edomaj, ev zhangjar i lerrnen Esavaj.

* Յաւուր յայնմիկ
ասէ Տր՝ կորուսից զի֊
մաստութի յերկրէն Եդով֊
մայ. և զհանճար ՚ի լեռ֊
նէն Եսաւայ:

Die illâ, dicit Dominus, disperdam sapientiam de terrâ Edomi, & prudentiam de monte Esavi.

v. 9.

Ev sarseszzin baderazmogcch cchu urcch i Ttemanaj, zi barxzzi mart i lerrnen Esavaj.

* Եւ սարսեսցին պա֊
տերազմօղք քո որք ՚ի
Թեմանայ. զի բարձցի
մարդ ՚ի լեռնէն Եսաւայ:

Et trepidabunt bellatores tui, qvi in Theman, ut tollatur vir de monte Esavi.

10.

Vasn sbanman ev ambarschduttean egbor cchuj Jachobaj dsadsgeszze zcchez amott, ev cnceszzis javidean.

* Վն սպանմանն և
ամպարշտութե եղբօր քոյ
Յակոբայ՝ ծածկեսցէ զքեզ
ամօթ. և ջնջեսցիս յաւ֊
իտեան:

Propter necem & impietatem fratris tui Jacobi, teget te pudor, & deleberis in æternum.

V. II.

Jore jurme gazzer hagarrag javurn chereluj ajlazcheaz zzoruttiun nora. Eu odarcch mdin ent truns nora, eu iver Erusalemi vigjags arganéin, eu tucch eicch ibreu zmi i nuzanen.

* Յօրէ յորմէ կայեր հակառակ յաւուրն գերե-
լոյ այլազգեաց զզօրութի̄
նր̄. եւ օտարք մտին ընդ
դրունս նր̄. եւ ի վր̄ Եէմի
վիճակս արկանէին. եւ
դուք էիք իբրեւ զմի ՚ի նո-
ցանէն :

A Die qvo stetisti contrarius, die, captivam ducentibus peregrinis potentiā ejus, & exteri ingressi sunt per portas ejus, & super Jerusalem sortes mittebant, & vos eratis sicut unus ex illis.

V. 12.

Eu mi deszzes zaver ebvorn cchuj javurn odaraz, eu mi udnhar lizzis ortuzzn Jutaj javurs gorsdean nuza, eu mi medsabaneszzes javur neguttean.

* Եւ մի՛ տեսցես զա-
ւուր եղբօրն քո յաւուրն
օտարաց. եւ մի՛ ուրախար
լինիս որդւոյն յուդայ յա-
ւուրս կորստեան նց̄ : եւ
մի՛ մեծաբանեսցես յաւուր
նեղութե̄ :

Nec videbis diem fratris tui die exterorum, nec pedem percutias propter filios Judæ diebus exitii eorum, nec magna loqvaris die afflictionis.

V. 13.

Eu mi mdanizzes ent truns Schoguvrtuz javur avurz nuza, eu mi deszzes zgjogovs nuza javur sadagman nuza, eu mi iver harganizzis zoruttean nuza javur gursdean nuza.

* Եւ մի՛ մտանիցես
ընդ դրունս ժողովրդոց
յաւուր աւուրց նց̄ . եւ մի՛
տեսցես զժողովս նց̄ յա-
ւուր սատակման նց̄. եւ մի՛
ի վր̄ հարկանիցիս զօրութե̄
նց̄ յաւուր կորստեան նց̄:

Nec ingrediaris in portas populorum die dierum eorum, nec videbis cœtum eorum die devastationis suæ, nec super exhilareris fortitudine eorum die perditionis eorum.

V. 14.

v. 14.

Eu mi arnuzzus zgirgis nuza ſadagel zabreals i nuzanen eu mi baſchareszzes zphachsdeajn nuza jajavur neguttean.

* Եւ մի՛ առնուցուս
զկիրճս նո՛ց սատակել զա-
պրեալս ՚ի նոցանէն. եւ մի՛
պաշարեսցես զփախստե-
այս նո՛ց յաւուր նեղութե՛ :

Nec capias bivia eorum ad perdendũ ſuperſtites ex iis, nec obſidebis profugum ipſorum die affiictionis.

v. 15.

Zi merx e or Dearn iver amenajn azchaz, zurorinag ararer tu egizzi cchez, eu hadi zumn cchu haduszzi i chluch cchu.

* Զի մերձ է օր Տ՛ն
ի վե՛ր ա՛մ ազգաց. զորօրի-
նակ արարեր դու՝ եղիցի
քեզ. եւ հատուցումն քո
հատուսցի ՚ի գլուխ քո:

Qvia prope eſt dies Domini ſuper omnes gentes: qvemadmodum feciſti tu, fiet tibi: & retributio tua retribuetur in caput tuum.

v. 16.

Zi zurorinag arber iver lerin ſrbuttean imuj, arbzzen amenain azchech zchini, arbzen, eu ziczzin, eu egizzin ibreu kegealcch.

* Զի զորօրինակ ար-
բեր ի վե՛ր լերին սրբութե՛
իմոյ. արբցեն ա՛մ ազգք
զգինի. արբցեն. եւ զի-
ջցեն . եւ եղիցին իբրեւ
չէղեալք :

Nam qvemadmodum bibiſti ſuper monte ſanctitatis meis,(ſic) bibent omnes gentes vinum; bibent & dejicientur, ac erunt, tanqvam qvi non fuerint.

v. 17.

Bajzz i learrn Sion egizzi phrguttiun eu egizzi ſurb, eu gjarranchesze dunn Jagobu zgjarranchiks ivr.

* Բայց ՚ի լեառն սիոն
եղիցի փրկութի՛՝ եւ եղիցի
սր՟ . եւ ժառանգեսցէ
տունն յակօբու զժառան-
գիչս իւր:

Sed in monte Sion erit ſalvatio, & erit ſanctus, & hæreditario jure poſſidebit domus Jacobi poſſeſſores ejus.

v. 18.

Ev egizi dunn Jachobu hur, ev dunn Joſephu bozz, ev duń Eſavaj egechn, varreſzin znovav, ev cherizzen zna. ev mi mnaszze chrachaber dann Eſavaj, zi Der choſezzav.

* Եւ եղիցի տունն յակօբու Հուր. եւ տունն յօսէփու բոց. եւ տունն Եսաւայ եղէգն. վառեսցին զնովաւ. եւ կերիցեն զնա. եւ մի՛ մնասցէ կրակաբեր տանն Եսաւայ՝ զի Տ՟ր խօսեցաւ:

Et erit domus Jacobi ignis, & domus Joſephi flamma, & domus Eſavi ſtipula. Accendentur circum illam, & devorabunt illam, nec reſiduus manebit ignifer domui Eſavi, qvia Dominus dixit.

v. 19.

Ev gjarrancheszzen Nachebazzicch ezlearrnn Eſavaj, ev Sephelazzicch zailazchis, ev gjarrancheszzen zlearrnn Ephremaj, ev Zbeniamin Zchalajatazzin.

* Եւ ժառանգեսցեն նագեբացիք զլեառնն Եսաւայ. եւ սեփեղացիք զայլազգիս. եւ ժառանգեսցեն զլեառնն Եփրեմայ՝. եւ զբենիամին՝ զգաղայադացին:

Et hæreditario jure poſſidebunt Nagebenſes montem Eſavi, & Sephelenſes, alienigenos, & poſſidebunt montem Ephraimi & Benjaminem Gileaditam.

v. 20.

Ev cherutteann ſgizbn ain izze ortuzzn Iſrajeli, erchir cchananazzuzz minkev i Sarphatt, ev cheruttiunn Eruſalemi minkev Jephrattaj, ev gjarrancheszzen zcchagacchs Nachebaj.

* Եւ գերութե՟ն սկիզբն այն իցէ որդւոցն Ի՟ղի: Երկիր քանանացւոց մինչեւ ի Սարփաթ. եւ գերութ՟ին Ե՟էմի մինչեւ յեփրաթայ. եւ ժառանգեսցեն զքաղաքս նագեբայ:

Et captivitatis principium illud ſit filiorum Iſraëlis, terra Cananæorum usqve ad Sarpath, & captivitas Hieroſolymorum usqve ad Ephratha, & poſſidebunt urbes Nagebi.

v. 21.

V. 21.

Lect.	Textus	Verf.
Ev elzzen abrealcch i lerrnen Sioni arrnul zvregj i lerrnen Efavaj, ev egizzi Dearn archajuttiun.	✲ Եւ ելցեն ապրեալք ՚ի լեռնէն Սիոնի՝ առնուլ վրէժ ՚ի լեռնէն Եսաւայ. և եղիցի Տ̃ն արքայութ̃ի:	Et afcendent Salvati in montem Sionis ad capiendum vindictam de monte Efavi, & erit Domino regnum.

ANNOTATIONES

Ad verf. 1.

ARgumentum Prophetæ Obadiæ, qvamvis ex ipfo Textu facilè cognofci qveat, ac in Chriftianorum Judæorumqve commentariis prolixè explicetur, id tamen qvomodo Armeni etiam in fine fuorum Bibliorum p. 725. a. f. propofuerint, priùs videre juvat, qvàm annotatis qvibusdam textum ipfum illuftremus. Աբդիաս. որ թարգմանի ծառայ Այ̃. որոյ ընդդէմ Եդովմայ զարիւնահեղ և զերկրաւոր զմարդ. որ և եղբօր Յակոբայ միշտ ընախանձն նիզակաւ հոգևորաւ հարկանէ: i.e. *Abdias, quod* (nomen) *exponitur* Servus Dei, *adverfus Edomum, alienum fangvinem profundentem, & terreftrem hominem detonat, ejusqve in fratrem Jacobum continuam invidiam lanceâ fpirituali confodit.* Qvo de fi accuratum ferendum fit judicium, dicam, non totius Prophetiæ, fed partis tantum ejus prioris à v. fc. 1. ad 17. exclufivè, fummam in allegatis verbis contineri. Ibi enim Propheta excidium Edomitis interminatur, ob ἐπιχαιρεκακίαν fummamqve injuriam, qvam in cognatos Judæos, in Babyloniâ exules, exercebant. Poftmodum autem vaticinium de regno Chrifti, feu promiffiones Evangelicæ de Spirituali Ifraëlitarum liberatione per Meffiam præftandâ, feqvuntur, & à v. 17. usqve ad fin. Cap. fefe extendunt. Utrumqve vero Prophetiæ membrum Paracleticum eft. Sed miffis jam hifce, ipfum textum aggredimur, cujus prima vox eft

Մարգարէութիւն *Prophetia*,] defcendens à concreto մարգարէ *Propheta*, à qvo, more Armenis ufitato, abftractum in ութիւն (qvæ tamen terminatio plerumqve decurtatè fcribitur ութ̃ի) formatur.

Աբդիու

Աբդիու. *Obadiæ.*] Est Genitivus Sing. à Nominativo Աբդիաս (non Աբդիայ. ut habet *Rivola* in Dictionar. Armeno-Lat. p. 1.) 1. Chron. VII, 3. Ipsa vox ad sonum Græci τῶν LXX. Ἀβδιας (qvod Vulgata retinuit) formata est, Syriaca autem & Arabica versio Ebræum nomen עֹבַדְיָה rectius exprimunt per ܥܘܒܕܝܐ & عوبديا.

Տեսիլ *Visio.*] Est nom. Subst. in casu recto num. Sing. qvod formatum videtur esse ab Imperativo տես *Vide*, verbi տեսանել *videre.* *Rivola* in Lex. p. 361. Pluralem tantùm numerum տեսիլք posuit, verùm Singularis etiam, tum hîc, tum Jesa. I, 1. alibiqve occurrit.

Աբդիու *Obadiæ.*] Modò fuit. Cæterùm his duobus verbis titulus Prophetiæ in Ebræo absolvitur, ubi חֲזוֹן עֹבַדְיָה *visio Obadiæ.* Armeni autem his qvædam adhuc adjecerunt, eaq; omnia minore charactere imprimi curarunt. Scilicet

Որ եղև *Quæ fuit.*] Որ est Pronom. Relat. եղև est 3. Præt. Sing. verbi Substantivi էլ *Esse*, qvod, ut in aliis lingvis, sic in hac etiam Anomalum est. Vid. *Clement. Galani* Institut. Lingvæ litteral. Arm. p. 94. seqq.

Յառաջքան *Ante.*] Duæ sunt voces, qvarum prior յառաջ idem valet, qvod առաջ *Ante*, regitq; Accusativum, ita tamen, ut altera particula քան *qvam*, interseratur. Vid. *Gal.* f. 107. a. *Rivola* in Lex. p. 271. f. vertit *Priusqvam*, sed ignarus fortè hujus constructionis.

Զելս *Ascensus.*] Est Accus. Plur. à Nom. Sing. ել *Ascensus.* Vide *Galani* Diction. Arm. lat. fol. 8. col. 3. f.

Ասորեստանեայն *In Assyriam.*] Est Dativ. cum articulo tertiæ Pers. à Nominativo Ասորեստան. Dativus autem adhibitus est, qvia motus ad locum denotandus fuit, hoc tamen in loco sine præpositione, qvæ aliàs ipsi præponi solet. Atqve hic tituli finis est. Seqvitur ipsius Prophetiæ textus.

Այս պէս. *Hoc modo.*] Prior vox est Pronom. demonstr. Posterior notat *Modum, Rationem.* Dicitur etiam յայս պէս. & ut duæ voces in unam coalescant այսպէս & էսպէս. teste *Rivola* in Lex. p. 320. m. & 35. i.

Cæterùm

Cœterum verſio textum Ebræum ſeqvitur, ubi eſt כֹּה *ſic*. Idem facit Chaldæus, Syrus, & Arabs. LXX. autem & Vulgata habent Τάδε, *Hæc*.

Ասէ *Dicit.*] Eſt 3. Sing. Præſ. Indic. verbi ասել *Dicere*.

Տր̄ *Dominus.*] Eſt nomen compendioſè (qvod ſignum ultimæ impoſitum literæ notat;) pro Տէր ſcriptum. Ponitur h. l. pro duabus vocibus אֲדֹנָי יֱהוִה, qvæ in Ebræo ſunt, & qvas ſingulas aliæ verſiones exprimunt, ut Targum: יְיָ אֱלֹהִים; Arabica, أَلرَّبُّ أَلْإِلٰهُ *Dominus Deus*; LXX. Κύριος ὁ Θεὸς; Vulgat. *Dominus Deus*; Syriaca ܡܳܪܝܳܐ ܡܳܪܰܘܳܬܳܐ *Dominus Dominorum*.

Յեդովմ *Ad Edom.*] Eſt accuſat. à nom. Եդովմ:

Լուր լուաւ *Rumorem audivit.*] Prius vocabulum eſt Nomen Subſtant. in Accuſativo aphæreſato, qvi Nominativo exactè ſimilis eſt, poſitum, accedens ad German. Lermen. Alterum eſt tertia præt. verbi heterocliti լսել *Audire*, qvod præteritum format լուայ audivi Dan. VIII, 13. vid. *Galan.* Gramm. p. 87. In verſione Armeni à Fontibus recedunt, qvi primam pluralem Præteriti adhibent: שְׁמוּעָה שָׁמַעְנוּ *Auditum audivimus*, qvomodo etiam Vulgata reddit, & Targum בְּסוֹרָא שְׁמַעְנָא *nuntium audivimus*, & Syrus ܫܽܘܥܺܝܬܳܐ ܫܡܰܥܢ *Rumorem audivimus.* LXX. verò retentâ eâdem perſonâ, numerum variant, vertentes: *ἀκοὴν ἤκουσα.* Arabs retento numero, perſonam immutat: سَمِعْتُمْ سَمَاعًا *Audiviſtis auditum.* Armeni & alium numerum & perſonam aliam adhibuerunt, nullam adeoqve harum verſionum ſecuti.

Ի Տէ *à Domino.*] Eſt Ablativus, isqve compendioſè ſcriptus, primâ & ultimâ tantùm literâ expreſſâ, pro Ի Տեառնէ. à nominativo Տէր:

Եւ պաշարումն *Et obſidionem.*] Eſt nomen verbale casûs accuſativi, qvi tamen ob demtum initiale զ cum Nominativo congruit; deſcendens à պաշարել *Obſidere.* Seqvitur hoc loco verſio Armenica τῶν LXX. qvi habent *περιοχὴν munitionem, obſidionem*, derivato Ebræo צִיר (qvod *Legatum* hîc notat) à צוּר *obſidere.* Jonathan, Syrus & Vulgata Fontes ſeqvuntur, reddentes

reddentes אִזְגַּר ܐܝܙܓܕܐ. *Legatum.* Arabica versio habet اختوآء qvod Interpres Latinus hujus versionis in Opere Anglic. reddit *Compendium.* Num rectè, dispiciat cui otium est. Aliàs اِخْتِصَارٌ *Compendium, Epitomen* notat. Jerem. XLIX, 14. eadem vox צִיר in eâdem etiam phrasi occurrit, ubi tamen convenientius reddiderunt LXX. per ἀγγέλους, qvos secutus est Arabs, vertens مَلَائِكَةً & Armenus, Հրեշտակս *Angelos.*

Առաքեաց *misit.*] Est tertia pers. Sing. verbi առաքել *Mittere.* Fontes habent Passivum שֻׁלָּח *missus est*, qvod LXX. exemplari punctato destituti, שָׁלַח legerunt, verteruntqꝫ ἐξαπέστειλεν *misit*, in voce Activâ, qvam etiam Vulgatus, Arabs & Armenus adhibuerunt. Targum autem & Syrus Passivum retinuerunt.

'ի Հեթանոսս. *Gentibus.*] Est Dat. plur. à Nom. Sing. Հեթանոս *Gens, Natio.*

Արիք *Surgite.*] Est secunda plural. Imperativi verbi heterocliti յառնել (τὸ յարնել enim, qvod *Rivola* p. 271. f. & 272. init. ponit, dubito in usu esse:) *Surgere*, qvod Imperativum format anomalicè արի *Surge*, Psal. VII, 6. vid. *Galan.* Gr. p. 93. i. Prima pluralis futuri, itidem anomala, mox seqvitur,

Եւ յարիցուք *Et Surgemus.*]

Ի վր *Adversùs.*] Est Præpositio, abbreviatè scripta pro ի վեր qvod Num. I, 45. vel ի վերայ, qvod Lev. V, 5. legitur. Regit Genitivum.

Նց *Illos.*] Est Genitiv. plural. compendiosè scriptus pro նոցա, à Sing. նա vel si *Rivolæ* habenda fides p. 278. m. նայ *Ille.* Citatæ versiones Singularem numerum usurpant, & in fœminino qvidem genere, (qvod in Fontibus extat, עָלֶיהָ;) Jonathan עֲלַהּ, Arabs عَلَيْهَا, & LXX. ἐπ᾽ αὐτήν, *adversùs eam;* In Masculino autem Syrus ܥܠܘܗܝ & Vulgata *Adversùs eum.* A qvibus omnibus iterum versio Armenica discrepat.

'ի պատերազմ *In bellum.*] Est Dativi Casus, qvi demto Signo Diacritico 'ի Nominativum repræsentat.

Ad

Ad verſ. 2.

Ահա *Ecce.*] Eſt particula, à qvâ non abludit Chaldaicum הָא, Syriacum ܗܐ · & Arabicum ها · Recurrit Geneſ. XX, 16. Exod. V, 16. Dicitur etiam ահայ & ահաւասիկ. qvæ poſterior vox legitur Pſ. XLVIII, 5. 2. Reg. VI, 13. Jeſ. VIII, 18. Nah. II, v. ult. Marc. XIII, 23. &c. & uſurpari ſolet, qvando de primâ perſonâ ſermo eſt, & ſignificare *Ecce ego*, vel *Ecce apud me.* In loco Jeremiæ citato, noſtroqve parallelo cap. ſcil. XLIX, 15. nec non cap. VI, 21. Jeſ. XXII, 17. Gen. I, 29. alibiqve legitur ահաւադիկ. qvod perſonam ſecundam communiter refert, *Ecce tu*, vel *Ecce apud te.* Tandem etiam ահաւանիկ occurrit in eod. cap. Jer. v. 22. valens *Ecce Ille*, vel *Ecce apud Illum.* *Galanus* in Grammat. fol. 110. b. ա̃ասիկ. ա̃ադիկ. & ա̃անիկ in iſtâ ſignificatione adducit. Simile exemplum vid. ibid. fol. 110. a. lin. 1. ſ. Cæterùm tres iſtæ literæ ſecum invicem permutatæ, ſunt ipſa Armenorum Affixa, tres perſonas referentia.

Սակաւաւոր *Parvum*, ſive *Exilis conditionis.*] Deſcendit à սակաւ *Modicus, exiguus.* Adjectâ terminatione աւոր (qvæ affinis eſt alteri ավոր, ut: միջակավոր *Mediocris ſtatûs & conditionis, Riv.* p. 264.) ſtatum hoc loco deſcribente, eſt սակաւաւոր. qvæ vox etiam Mich. V, 2. legitur. Ita à փոքր *Parvus, puſillus*, deſcendit փոքրաւոր *Inferioris conditionis & ſtatûs. Rivol.* p. 380. In l. c. Jeremiæ uſurpatur փոքրմիւս. cujus adverbium *Rivola* l. c. exhibet փոքրմինւս. *Paulò minus.* Cæterùm Jonathan Ebræum קְטֹן *Parvus*, per חַלָּשׁ *Debilis, infirmus*, reddidit.

Ետու *Dedi.*] Eſt à verbo Anomalo տալ *Dare*, cujus prima ſing. Præter. eſt Ետու. qvæ in textu legitur, & recurrit Gen. I, 29. cap. XX, 16. Ezech. XVI, 7. Mal. II. 9. Joh. XIII, 15. cap. XVII, 14. 22. Apoc. III, 8. *Galan.* in Gr. p. 91. hanc vocem non obſervavit, ſed ejus in locum ſubſtituit տուի *Dedi*, qvod *Rivola* etiam p. 365. m. exhibet. Secunda Perſona hujus Præteriti (qvam malè pro tertiá habet *Rivola* l. c. & p. 108.) eſt Ետուր Gen. III, 12. Nehem. IX. 15. 1. Reg. III, 7. Luc. VII. 44. 45 cap. XV, 29. Joh. XVII, 2. bis. 4. 6. bi . 7. 8. 22. & cum ն affixo Ետուրն *Dediſti illos*,

Joh. XVII, 9. 11. 12. 24. bis. Tertia Persona est Եւն *dedit*, Deut. XXVI, 10. (ubi tamen in Ebræo est Perf. secunda) & v. 11 1. Reg. I, 48. Matth. X, 1. XIV, 19. XV, 36. XXV, 15. XXVI, 27. 48. Marc. II, 26. Luc. VI, 4. 1. Cor. III, 5. Satis cœteroqvin manifestum est, has personas ex Aoristis Græci verbi δίδωμι derivatas esse, è secundo qvidem ἔδων, tres recensitas, cum tertiâ plurali Եւունն. 2. Chron. XXVIII, 15. Matth. XXVII, 10. 34. XXVIII, 12. è Primo autem ἔδωκα, secunda pluralis Եւուք ἐδώκατε, Matth. XXV, 35. 42. In loco Jeremiæ parall. adhibetur in versione Armenicâ, ut & interpretatione Latina versionis Syriacæ, nec non Ariæ Montani, Persona prima Sing. Futuri տաց *Redditurus sum*, cùm tamen ubiqve Præteritum legatur.

Զքեզ *Te.*] Est Accus. Pronom. դու *Tu.*

Յազգս *In gentibus.*] Est casûs Commorativi Plur. à Nominat. Sing. ազգ *Gens*, *generatio.* Jer. XLIX, 15. loco jam aliqvoties cit. redditur իմէջ ազգաց *Inter gentes.*

Եւ անարգեալ *Et contemtus.*] Est Particip. Præter. verbi անարգել *Despicere additus etiam conviciis*, secundùm *Rivol.* p. 18. m. *Galanus* in Lex. fol. 2. col. 1. i. reddit per *Reprobare.* In Jeremiâ aliud verbum, sed ejusdem significationis, legitur, արհամարհեալ. vid. *Riv.* l. c. & p. 42. m.

Ես. *Es.*] Est 2. Perf. præs. verbi Subst. Եմ. *Esse.*

Դու *Tu.*] Est Pronom. secundæ Perf.

Յոյժ *Valdè.*] Est Adverbium, recurrens Esa. LVI, 12. Arabs habet إلى الغاية *Præter modum.*

Ad vers. 3.

Հպարտութիւն *Superbia.*] Est nomen abstractum à Concreto Հպարտ *Superbus*, formatum vid. ann. ad vocem primam tituli. Jonathan Ebræum זדון reddit רשע *Impietas.* Reliqvæ versiones *Superbiæ* significatum retinent. In loco Jer. v. 16. eandem hanc vocem LXX. reddunt ἰταμία *Impudentia*, qvos seqvitur Armenus, reddens լրբութիւն. Syrus vocem ܫܘܒܗܪܐ *Arrogantia*, qvam in nostro textu adhibuerat, retinuit, prout Jona-

Jonathan suum רִשְׁעָ. Arabs vero habet جَفَاوَةٌ *Durities*, vel *Iniquitas*, *Injuria*. vid. *Gol.* Lex. Arab. col. 515.

Սրտի *Cordis.*] Est Genitivus Nominativi սիրտ. *Cor.*

Քոյ. *Tui.*] Est Genitivus pronominis possessivi քոյ. vel քո. (qvod ipsum e. Genitivus pronominis personalis դու) *tuus*, pro qvo aliàs in eo casu dicitur քոյոյ. vid *Gal.* Gramm. f. 49. a. f. & 52. Mutuati sunt hanc vocem Armeni ex Ebraismo, ubi Caph suffixum sec. pers. reperitur.

Բարձրացոյց զքեզ *Extulit te.*] Est 3. Sing. præter. verbi mox occurrentis բարձրացուցանել *exaltare, elevare, extollere.* vid. *Gal.* p. 75. Derivatur hoc à nomine բարձր *Altus.* In Ebræo legitur הִשִּׁיאֶךָ *decepit te*, qvod Jonathan, Syrus & B. Luth. rectè interpretati sunt אַטְעָךְ ܐܛܥܝܟ *Seduxit te*, hat dich betrogen: LXX. verò legentes הִשִּׂיאֶךָ reddiderunt ἐπῆρέ σε *extulit te*, qvos seqvitur Vulgata, Arias Mont. Arabs & Armenus. In Jeremiâ LXX. habent ἐνεχείρησέ σοι *molita est tibi*; Arabs رَسَمَ لَكَ *destinavit*, vel *designavit tibi* sc. hoc; Armenus autem totum illud comma תִּפְלַצְתְּךָ הִשִּׁיא אֹתָךְ זְדוֹן לִבֶּךָ sic transfert: Աղախտութիւն քո հասոյց զքեզ զայդ՝ լրբութիւն սրտի քոյ: *Ludibrium tuum adduxit tibi illam impudentiam cordis tui.* Rectius tamen interpretati sunt hunc locum Jonathan. Syrus & noster Megalander, eandem scilicet, qvam in Obadiâ, versionem usurpantes. Ipsa etiam Vulgata hîc habet: *Decepit.*

Բնակել *Habitare*, i. e. *ut habitares.*] Est ipse Infinitivus, qvem vitiosè *Rivola* in Lex. p. 62. f. scribit բնակել. Recurrit 2. Chron. VI, 1. Psalm. LXXXIV, 10. cum aff. դ Deut. I, 6. & ն, simulqve cum particulá ՚ի Jud. XI, 26. In Ebræo & versionibus Participium adhibetur, *Habitans*, cui Arabs exclamandi particulam præmittit أَيُّهَا ٱلسَّاكِنُ *ô habitans.*

՚ի ծակս *In foraminibus.*] Est Comorativus plur. à Nom Sing. ծակ.

Վիմաց *Petrarum.*] Est Genit. plur. à Nom. Sing. վէմ. cujus Genitiv. est վիմի.

Բարձրացուցանել *Efferre.*] Modò fuit.

Զբնակութիւն *Habitationem.*] Est Acc. Sing. à Nom. բնակութիւն. qvi Nah. II, 12. legitur.

Իւր *Suam.*] Est Pronomen. In Ebræo hoc comma redditur מְרוֹם שִׁבְתּוֹ (in) *Celsitudine habitationis ejus*, qvod bene vertit Syrus: ܘܰܒܡܪܰܘܡܐ ܡܰܘܬܒܶܗ *Et in sublimi sedes ejus.* Arabs in Accentuationem Ebraicam impingit, qvando vocem סֶלַע cum מרום combinat, qvas tn. intercedens Tiphcha disjunctas cupit. Vertit enim utrumq; comma h. m.
أَيُّهَا ٱلسَّاكِنُ فِي شُقُوقِ ٱلصُّخُورِ ٱلْمُرْتَفِعَةِ مَسْكَنُهُ
Interpretatio Lat. ex opere Angl. sic sonat: *ô cujus domicilium habitat in hiatibus petrarum sublimium.* LXX. Participium usurpant, non tamen in *accusandi* casu, ut præcedens κα]ασκηνοῦν]α (qvamobrem etiam maximam in versu distinctionem in voce סֶלַע faciunt, & Athnachum τῷ שִׁבְתּוֹ in illam non sine errore transferunt:) sed *nominandi*: ὑψῶν κα]οικίαν αὐτοῦ *exaltans habitaculum suum.* Vulgata itidem Participium usurpat, ac in hoc & seqvente commate suffixum tertiæ personæ cum secundæ permutat, reddens: *Exaltantem solium TUUM: qvi dicis in corde TUO.* Armenus omnia tria Participia τῶν LXX. nempe κα]ασκηνοῦν]α, ὑψῶν, & λέγων per Infinitivos reddit. Totius autem versûs hic sensus est: Propheta Dei nomine Edomum alloqvitur: *Superbia cordis tui te decepit.* Postea per apostrophen qvasi auditorio exponit, in qvonam ille fastus consistat. Namqve *habitat in scissuris petræ*, in *altitudine habitationis suæ* i. e. in excelsissimâ habitatione: Neqve hoc sufficit, verùm etiam *dicit in corde suo. Qvis descendere me faciet in terram.*

Եւ ասել *Et dicere.*] Est ipse Infinitivus.

՚Ի սրտի իւրում *In corde suo.*] Utrumqve nomen in Commorativo casu Sing. extat, a Nom. սիրտ *Cor*, & իւր *Suus.*

Ով *Qvis?*] Est Pronomen interrogativum, conveniens cum Ægyptiaco ογ *Qvis?*

Իջուսցէ *Ex alto deturbabit.*] Est tertia Fut. Sing. verbi իջուցել.

Զիս *Me*] Est Accus. Sing. Pronom. Ես Ego.

'Ի յերկիր

Յերկիր *In terram.*] Est Dativ. Sing. à Nom. երկիր. Regitur autem ille à verbo præcedente, motum ad locum denotante.

Ad verf. 4.

Եթէ *Si.*] Est Conjunctio. Aliàs dicitur թէ & թի. *Riv.* p. 132. 134.

Բարձրասցիս *Extuleris te.*] Est Sec. Sing. Fut. juxta modum verborum in անալ finientium, formata, verbi բարձրանալ *Efferre se, Elevari.* Conf. *Galan.* Gramm. p. 62. seqq.

Իբրեւ *Sicut.*] Est Adverbium regens Accusativum integrum.

Զարծուի *Aqvila.*] Est Accus. Sing. à Nominat արծուի (non արծիւ. secundùm *Rivolam* p. 42. qvi hujus արծիւ Genitivum, ipsum արծուոյ esse, fingit:) Jer. XLIX, 16. Ezech. XVII, 6. cujus Genitivus est արծուոյ Ezech. I, 10. Noster Accusativus recurrit Deut. XXXII, 11.

Եւ եթէ իմէջ աստեղաց *Et si inter sidera.*] իմէջ est Præpositio, Genitivum regens: in qvo casu etiam, eoqve plurali seqvens nomen extat, formatum à Sing. աստղ *Sidus, stella*, cujus plur. Nomin. est աստեղք:

Դիցես *Ponas.*] Est secunda Sing. Præsent. verbi դնել *ponere.*

Զբոյն *Nidum.*] Est Accus. Sing. à Nom. բոյն. pro qvo etiam teste *Rivola* p. 64. բուն dici solet. Videtur hoc vocabulum ex Ebræo בָּנָה *ædificavit*, ortum trahere.

Քո *Tuum.*] Est Genit. Nomin. դու *Tu.* Pronomina enim Possessiva 1. & 2. Personæ, per Genitivos personalium exprimuntur.

Եւ անտի. *Et inde.*] Est Particula, pronunciatione ad Latinam vocem accedens. *Rivola* in Lex. p. 26. անտից qvidem habet, & permutatis littera տ cum դ & լ. անդից & անլից p. 23. lin. 2. ejusdem significationis, hanc vocem autem non sistit, qvæ tamen in *Galani* Gramm. f. 110. b. lin. ult. & in S. Codice Gen. II, 20. 2. Reg. VII, 2. &c. reperitur.

Իջուցից զքեզ *Deturbabo te.*] Est 1. Sing. Fut. verbi, qvod modò habuimus իջուցել.

Ad verf. 5.

Եթէ գողոց . *Si furum* fc. aliqvis.] Eſt Genit. pl. à Nom. Sing. գող. Occurrit etiam Jeſ. I, 23.

Մտեալ էր *Introiret.*] Eſt vox è duabus coalita, qvarùm prior մտեալ eſt Partic. præter. Sing. verbi heterocliti (vid. *Galan.* Gramm. p. 91. m.) մտանել (non մտնել. ut vult *Rivola* in Lex. p. 269. ubi hanc vocem bis ponit:) *Ingredi, introire,* qvod legitur 2. Sam. XVII, 17. c. XIX, 3. 2. Reg. VII, 5. Jeſ. XXX, 29. Ex hoc Participio Præteriti formant qvandoqve Armeni tempora Perfectum & Plusqvamperfectum, addendo verbum Subſtantivum. Altera igitur vocula eſt tertia perſona Sing. Imperfecti, verbi էլ *Eſſe*, unde Præſens եմ *Sum*, Imperf. էի *Eram*, էիր *Eras*, էր *Erat*, & tertia plur. in hoc ipſo verſu, it. Exod. XIV, 28. cum hoc eodem verbo occurrens, էին *Erant.* Sæpè autem Participium illud Præt. & perſonæ è verbo Subſt. ita invicem agglutinantur, qvaſi una vox eſſent. Sic Joſ. II, 2. legitur մտեալ էն *venerunt*, & v. 1. ejusd. cap. abſolutum մտեալ:

Առ *Ad.*] Eſt Præpoſitio, regens Accuſativum ſpoliatum ſigno զ.

քեզ *Te.*] Eſt Accuſ. aphæreſatus à Nomin. դու *Tu.*

Կամ *Aut.*] Eſt Particula.

Աւազակաց *Latronum* fc. aliqvis.] Eſt Genit. plur. à Nom. Sing. աւազակ.

Գիշերոյ *Noctis*, i. e. nocturnorum.] Eſt Genitivus Sing. Nomin. գիշեր *Nox. Rivola* in Lex. p. 75. Genitivum hujus nominis eſſe dicit գիշերի. verùm minus rectè, hic enim Commorativus Caſus eſt, qvi tùm ita nudus Gen. XIX, 5. Exod. XII, 42. Jeſ. XV, 1. bis; tùm cum præfixo 'ի Exod. XIII, 22. XL. ult. Num. IX, 16. XIV, 14. Thren. II, 18. Jer. XIV, 17. alibiqve legitur. Noſter autem Genitivus etiam, præter alia loca, Gen. I, 14. 16. XX, 3. XXXI. 24 Hoſ. IV. 5. & cum ն affixo Ruth. III. 8. Matth. XIV. 25. Act. XXIII. 23. occurrit.

Ուրեւ երղուղէիր *Ubi projiciebaris.*] Prior vox eſt particula. Altera eſt ſecunda Sing. Imperfecti Paſſivi, verbi երղուղէլ *projicere*, qvod tamen

tamen nec *Galanus* nec *Rivola* in lexicis suis, admodum imperfectis, habent, nec ego ipse, utut studium non leve adhibuerim, in Bibliis hactenus reperire potui. Significatum vocis mihi suppeditant tum LXX. qvi Ebræum אֵיךְ נִדְמֵיתָה *Qvomodo succisus es?* transtulerunt, πῶς ἂν ἀπερρίφης *ubicunqve projectus esses*; qvos secutus est Arabs, حَيْثُ طُرِحْتَ *ubi projectus es*: tùm vicina huic vox արկանել. qvæ *Projiciendi* notionem habet. Vid. *Rivol.* Lex. p. 42. & *Gal.* Gramm. p. 91. f. Cæterùm qvia Ebræum דמה πολύσημον est, non mirum, qvod in ejus versione Interpretes tantum variaverint. Jonathan reddit: אֵיכְדֵין הֲוֵיתָא דָמֵיךְ *Qvomodo ita soporatus es*: Syrus ܐܝܟܢܐ ܫܬܩܬ *Qvomodo siluisti*; Ita etiam Vulgata: *Qvomodo conticuisses?* Utramqve hanc posteriorem significationem Raschi conjungit, dicens: למה נרדמת דומם עד שגנבו כל רצונם *Qvare tacitus dormivisti, donec qvicqvid libuit, furto abstulerunt.* Verùm omnium rectissime huic vocabulo ענין כריתה sive *excidii* notionem tribuunt è Judæis, qvos consulere temporis brevitas concessit, *Aben Esra*, *Kimchi* & *R. Sal. Ben Melech* in Michl. Jophi fol. 150. col. 3. parallela adducentes Hos. IV, 4. cap. X, 5. & 15. è Christianis B. *Lutherus*, *Tremellius*, *Junius*, *Belgæ*, alii, vertunt adeoqve: *Qvomodo succisus es.*

Եւ ոչ արդեօք *Ne qvidem.* Եւ est Conjunctio Copul. *Et.* ոչ est Adverbium negandi, *Non*, à Græco οὐ. Արդեօք est Confirmandi Adverbium, & *Galanus* f. 110. a. i *Qvidem*, significat. *Rivolæ* autem, *Utiqve*, qvi posterior in suo Lex. p. 39. eam vocem scribit արդեաւք. Observandum itaqve est, *Rivolam* in suo Lexico veterum Armenorum scriptionem seqvi, qvi semper աւ. pro o scripserunt, idqve propterea, ut ostenderent, o illud longum esse; jam vero cùm omnis diphthongus naturâ suâ longa sit, diphthongum աւ in locum o adhibuerunt. Hinc non reperies in *Rivolâ* voces ab o incipientes, omnes enim in ordine աւ recensitæ sunt. Similiter si qvæ vox in medio à recentioribus Armenis, diphthongo աւ dicto modo non amplius utentibus, per o scribitur, eam *Rivola* per աւ scripsit. Pronunciatio autem hujus աւ eadem prorsus olim fuit, qvæ τοῦ o. Vid. *Galanus*, recentiorum Armenorum scriptionem amplectens, in Gramm. f. 5. a, i. & 22. a, m. Sic etiam Biblia semper o adhibent.

Գողանային *Furarentur.*] Est tertia plur. Imperfecti, à verbo գողանալ pro qvo *Rivola* p. 78. habet, omisso ա. գողնալ *Furari*

Բաւականն *Sufficientiam.*] Est Accusativus absolutus, seu cui զ initiale demtum est, Nominativo per omnia similis. Recurrit hæc vox Nah. II, 12. *Rivola* p. 54. m. dicit, etiam բաւկական (in ipso libro mendum est typographicum, qvia ա posterius & կ transposita sunt:) & բաւական scribi. *Galanus* illam vocem interpretatur *Limitatus*, fol. 6. col. 3. f.

Իւրեանց *Suam.*] Est Genit. Plur. à Nom. իւր *Suus.* Dicitur etiam in eodem casu իւրոց. ad formam Pronominis Relat. որ *Qui*, որոց *Quorum.*

Եւ եթէ կթօղք. *Et si vindemiatores.*] կթօղք Est Partic. Præs. Plur. a verbo կթել *vindemiare*, it. *mulgere*, qvasi dic. homines tales, qvi te emulsuri fuissent. Legitur etiam vox hæc Jer. XLIX, 9.

Մտանէին *Introirent.*] Vide paulò antè.

Ի քեզ *Ad te.*] Est Dativus cum Præpositione, rectus à verbo præcedente, motum ad locum denotante. Nominativus est դու. *Tu.*

Եւ ոչ եթէ ճիռ մի. *Nec si racemum unum.*] Vocula եթէ *Si*, cum seqvente ոչ *Non*, conjungenda est, & sic utraqve conjuncta significat *Nisi.* Ճիռ Est itidem Accus. absolutus. Affine huic vocabulo est alterum ejusdem significationis ճռաքաղ qvod pro Ebræo עֹלֵלוֹת Græcoq; ἐπιφυλλίς, etiam in nostro textu occurrentibus, usurpatur Thren. I, ult. Mich. VII, 1. Jud. VIII, 2. Neutram vocem *Rivola* cum *Galano* exhibet. Մի *Unum.* Est Accus. abs. Nominativo similis. Videtur hæc vox è Græco μία derivata.

Ոչ թողուին *Non relinqverent.*] Est tertia plural. Imperf. dicta pro թողուլին. à themate թողուլ (non թողնել ut *Rivola* opinatur in Lex. p. 137.) *Relinqvere*, Deut. III, 3. Conf. *Gal.* Gramm. p. 86. m. & Lex. fol. 11. col. 2. f. Legitur etiam nostra vox Jud. VI, 4. De cætero totius hujus versiculi sensum ne unus qvidem interpretum, qvos evolvere concessum fuit, rectè assecutus mihi videtur. Singulorum errores perstringere, nec temporis,

temporis, nec loci hujus eſt. Breviter tantummodò dicam, qvod mihi arrideat, qvi hanc interpretationem intentioni Prophetæ proximum eſſe reor: *An fures ad te venerunt, an prædones nocturni?* Bone Deus! *Quomodo ſuccisus es?* Poſitô etiam, te illi ſuperveniſſent, *nonne* modo tantum *fuiſſent furaturi*, qvantum *ſufficere ſibi* exiſtimaſſent, reliqvum autem tibi relicturi? (Notetur hic tantùm de Armeno Interprete, qvod non ſolùm à Fontibus ſed & LXX recedat) *Num vindemiatores ad te venerunt?* Et veniſſent licet *nonne* tamen aliqvot *racemos* (Armenus habet, *unicum racemum;*) Superſtites *reliqviſſent.* Utiqve. At verò jam tibi nihil qvicqvam amplius reſtat. Hoſtes tui omnes univerſas opes tuas abripuerunt, omnes, etiam reconditiſſimos theſauros tuos perqviſiverunt, ſecumqve abduxerunt. vid. v. 6. Magis ergo ſpoliatus es, qvàm ſi fures, qvàm ſi prædones, qvàm ſi vindemiatores, magno aliàs ſtudio latitantes ſub vitium foliis uvas ruſpantes, fortunis tuis te exuiſſent.

Ad verſ. 6.

Զիա՞րդ *Quomodo.*] Eſt Adverbium. Notula ſuperior eſt Accentus circumflexus, cum qvo etiam hæc vox Jeſ. VI, 5. 3. Eſr. III, 18. 24. IV, 12. & aliâ figurâ զիա՛րդ. Thren. II, 1. IV, 1. ſcribitur. Absqve omni tamen accentu occurrit Gen. XXXIX, 9. Deut. I, 12. & alibi. In adſcribendis enim accentuum notulis Armenos non adeò ſollicitos deprehendo.

Քննեցաւ *Investigatus eſt.*] Eſt tertia Sing. Præt. Paſſivi verbi քննիլ. cujus Activum eſt քննել *examinare, ſcrutari.* In Ebræo extat: אֵיךְ נֶחְפְּשׂוּ עֵשָׂו *Quomodo perveſtigati ſunt Eſav.* Kimchi & R. Sal. ben Melech ſubintellectam cupiunt vocem מַטְמוֹנָיו *theſauri.* Qvomodo perveſtigati ſunt theſauri Eſavi. Sed nec hac nec aliâ Ellipſi opus eſt. Nominibus enim collectivis ſingularibus, qvale eſt עֵשָׂו, verbum pluralis numeri freqventiſſimè jungi ſolet, id qvod pluribus exemplis adſtruit B. Glaſſ. Philol. S. lib. 3. tr. 3. can. 53. p. 398. Sic dicitur יָדְעוּ יִשְׂרָאֵל *Sciunt Iſrael.* Hoſ. IX, 8. Conf. infrà v. 17. & *D. D. Waſm.* in Hebr. reſt. p. 275. f. In verſionibus Singularis Numerus extat.

Եսաւ *Eſav.*] Eſt Nom. propr.

Եւ ըմբռնեցան *Et deprehenſa ſunt.*] Eſt 3. Plur. Præt. Paſſivi verbi ըմբռնել *apprehendere, comprehendere.* Fontes habent נִבְעוּ, (à בָּעָה, vel qvod magis uſitatum, à Chaldæo בְּעָא *qvæſivit,*) *Perqviſiti ſunt*, cui inter-

interpretationi favent *Aben Esra*, R. *Sal. Isacides*, *Kimchi*, & R. *Sal. Ben Melech*, eamqve loco parallelo Jesa. XXI, 12. fulciunt. Consentiunt B. Lutherus, Junius, alii. Syrus legens נִבְעוּ (à נָבַע *Scaturivit*,) atqve sic τὸ נ pro radicali agnoscens, reddit : ܘܢܒܥܘ & *emanarunt* abdita ejus. Targum vertit : אִתְגְּלִין *detecta, revelata sunt*. Arabs وَأُخِذَتْ *& ablatum, captum est*, ab Ebr. אָחַז. LXX. κατελήφθη *deprehensa sunt*. Hos seqvitur Armenus.

ծածուկք *Arcana.*] Est Nomin. plur. à Sing. ծածուկ *Abditus, occultus, arcanus*, Joh. XIX, 38.

Նր *Ejus.*] Est Genit. abbreviatè scriptus pro նորա. à Nominativ. նա. *Is, Ille.*

Ad vers. 7.

Մինչև *Usqve ad.*] Est Præpositio, Dativum præpositione declinatum regens.

Ի սահմանս *Terminos.*] Est Dativ. Plur. à Nom. Sing. սահման. In Ebræo tantùm Singularis numerus עַד־הַגְּבוּל reperitur. LXX. Verò Pluralem usurpant ἕως τῶν ὁρίων, qvos Armenus Interpres seqvitur, ut & Arabicus, qvi insuper suffixum secundæ Pers. adjungit, إِلَي حُدُودِكَ *Ad terminos tuos.* Syrus verò strictè, ut aliàs, fontibus adhæret; reddens : ܥܕܡܐ ܠܬܚܘܡܐ *Ad terminum usq.* Prorsus aliter Jonathan: מִן תְּחוּמָא אַגְלְיוּךְ *a termino in exilium deportarunt te* omnes confœderati tui. Qvoad sensum Paraphrastes nihil à fontibus discrepat. Uter enim terminus seu hostium, seu ditionis Edomitarum intelligatur, perinde est. In terrâ enim contiguâ terminus hujus & alterius idem est. Vid. *Dn. D. Pfeiffer.* Præcept. venerand. in Exam. Abarb. ad Obad. p. 45.

Արտաքսեցին *Ablegarunt.*] Est 3. Plural. præter. verbi արտաքսել *mittere, legare.*

Ըզքեզ *Te.*] Est Accusativus Nominativi դու, cum prosthesi ը ad facilitandam pronunciationem. Solet enim hæc litera ը, qvia imperfecta vocalis est; tum omitti in medio dictionum, ut nonnunqvam tres, qvatuor, imo qvinqve consonantes concurrant, sed tamen proferri, ac si scripta esset, de qvo monet *Galanus* Gramm. p. 23. tum vocum, à duabus minimùm conso-

consonantibus incipientium, initio jungi, ut svavior pronunciatio fiat. Sic infra v. 19. occurret ըզլեառնն *montem*, pro զլեառնն: Ita Prov. I, 2. legitur ըզխրատ *Disciplinam*. Amos. IX, 6. ըՀամբառնալ *Excelsum*, Thren. II, 15. ըզգլուխս *Capita*. &c. qvam Prosthesin à *Galano* observatam non reperio.

ամ *Omnes.*] Est ipse Nominativ. contractè scriptus pro ամենայն.

Արք *Viri.*] Est Nominat. Plur. à Sing. այր. abjecto, ut sæpe solet, *յ*, formatus.

Ուխտի քոյ *Voti tui.*] Est Genit. à Nom. ուխտ. քոյ vide supra v. 3.

Դարձան *Conversi sunt.*] Est 3. Plural. Præt. verbi heterocliti դառնալ *Converti*, cujus prima Præteriti est դարձայ. vid. *Rivol.* in Lex. p. 86. i. & 88. m.

Հակընդդէմ քո *Adversus te.*] Ad verbum Sonat: *Cum adversus te.* Est igitur Pleonasmus. Hæ duæ particulæ Genitiv. regunt, qvi h. l. est քո. à Nomin. դու. In Versione hujus commatis duo τῶν ο errores notandi veniunt, qvorum alter leges accentuationis Ebraicæ violat, alter in inconcinnâ vocis הִשִּׁיאוּךָ interpretatione consistit. Uterqve ut manifestè appareat, Fontes cum versione conferendi. Illi sic habent: עַד־הַגְּבוּל שִׁלְּחוּךָ כֹּל אַנְשֵׁי בְרִיתֶךָ הִשִּׁיאוּךָ יָכְלוּ לְךָ אַנְשֵׁי שְׁלֹמֶךָ *usqve ad terminum miserunt te* (hîc Resia distingvit propositionis prædicatum à subjecto, qvod mox seqvitur) *omnes viri fœderis tui.* (Hîc Sakeph katon totam propositionem claudit. Seqvitur alia, geminum habens prædicatum, qvorum utrumqve accentu Tiphchæ subjecto fœcenitur, alterum verò ab altero, Tesiro, accentu sub distinctivo minore Tiphchæ, distingvitur. Prius est) *Deceperunt te*, (posterius) *invaluerunt tibi*, (Seqvitur subjectum) *viri pacis tuæ.* Jam aspiciamus LXX. ἕως τῶν ὁρίων ἐξαπέστειλάν σε. *Usqve ad terminos dimiserunt te.* (Hîc prædicatum qvidem adest, Subjectum autem nullum denominatur.) πάντες οἱ ἄνδρες τῆς διαθήκης σου ἀντέστησάν σοι, *omnes viri testamenti tui restiterunt tibi.* Hîc Subjectum, qvod ad præcedens prædicatum referendum erat, ab eo divellitur, & cum priore prædicato seqventis propositionis combinatur, atqve sic vis infertur accentui sa-

 keph-

kephkaton diſtinctivo, longè majorem diſtingvendi vim habenti, qvàm qvâ Tefir inſtructus eſt. Atqve fortior omninò diſtinctio reqviritur, cùm Propoſitio à propoſitione, qvàm cùm Subjectum à prædicato unius propoſitionis ſecernendum eſt. Sic ergo unus error ſublatus. Alter in eo occupatur, qvod *Reſiſtendi* notionem vocabulo הִשִּׁיאוּךָ adſcripſerint, qvod potius *Decipere* ſignificat. Tantos in errores LXX. deduxit exemplaris punctati carentia. Armenus & Arabs Interpres bis LXX. καὶ τέθα h. l. ſeqvitur. Syrus cum Vulgatâ terminum diſtinctivum qvidem etiam transponunt, rectè tamen vertunt vocem הִשִּׁיאוּךָ per ܐܛܥܝܘܟ *deceperunt te, illuſerunt tibi*. Jonathan omnium rectiſſimè habet. Reliqva verba τῶν LXX. adhuc adjicimus: ἠδυνάσθησαν πρὸς σὲ ἄνδρες εἰρηνικοί σου *Prævaluerunt adverſum te viri pacifici tui*. Jam progredimur.

Զօրացան *Corroborati ſunt.*] Eſt 3. Præt. plur. verbi heterocliti զօրանալ *corroborari*, cujus prima præt. Sing. eſt զօրացայ. vid. *Gal.* gr. p. 64. m. *Rivola* p. 116. m. antiqvo more ſcribit զաւրանալ. vide ſuperius obſervata, p. 17. poſt med.

Ի վերայ քո արք խաղաղութե՛ քոյ *Adverſg te viri tranqvillitatis tuæ.*] խաղաղութե՛ eſt Gen. ſing. decurtatè ſcriptus pro խաղաղութեան a Nom. խաղաղութիւն Jer. VI. 14. ter. Col. I. 3. Seqvitur jam in Ebræo לַחְמְךָ qvam vocem, qvia LXX. absqve interpretatione abire ſinunt, etiam verſiones Arabica & Armenica omiſit. Subintelligendum ſub eâ qvidam opinantur præcedens אַנְשֵׁי *Homines*, ut ſit אַנְשֵׁי לַחְמֶךָ *Homines panis tui*, i. e. domeſtici & qvotidiani convivæ tui. Ita etiam Syrus interpres vertit: ܓܒܪ̈ܐ ܕܫܠܡܟ ܘܕܠܚܡܟ *Viri pacis & panis tui*, qvi tamen non omninò purus à crimine læſæ accentuationis Ebr. videtur. Jonathan reddit: אָכְלֵי לַחְמָךְ פְּתוֹרָךְ *veſcentes pane* (hæc vox in Edit. Londin. omiſſa.) *menſæ tuæ*. Plura de voce לחמך ap. Dn. D. Pfeiff. l. c. pag. 45. f. legi poſſunt.

Վարանեցին զքեզ *Perturbarunt te.*] Eſt 3. Plural. Præter. verbi վարանել. Hoc in loco verſio Armenica peculiare aliqvid habet, dum nullam aliam ſeqvitur. Textus Authenticus ita ſonat: יָשִׂימוּ מָזוֹר תַּחְתֶּיךָ *Ponent Ulcus ſubter te*. Tremellius reddit: *Imponent vulnus loco tuo*: מָזוֹר enim à זור *Comprimi* derivatur, qvod chirurgi vulnera hiantia

com-

comprimere, saniemve exprimere soleant. Conf. Jer. XXX. 13. Hos. V. 13. Esa. I. 6. & vid. B. Tarnov. in h. l. ut & *Mercerus*, *Vatablus*, aliiqꝫ. *Drusius* reddit: *Ulcus* q. d. ipsius epulas in apostemata & perniciem tuam vertent. *Belgæ*: Geschwel. Thalmudistæ in *Sanhedrin cap. 11. fol. 92. a.* per יסורין s. *Castigationes* exponunt. Verba hæc sunt: וא״ר אלעזר כל הנותן פתו למי שאין בו דעה יסורין באין עליו שנאמר לחמך ישימו מזור תחתיך אין תבונה בו ואין מזור אלא יסורין שנאמר ויראה אפרים את חליו ויהודה את מזורו: i. e. *R. Eleasar ait: Qvicunqve frustum panis sui homini imprudenti largitur, in eum tandem* divinæ *castigationes veniunt, prout dicitur* Obad. v. 7. Panem tuum ponent langvorem subter te, non est intelligentia in eo: (qvæ verba ad hunc sensum *Raschi* in Comm. ad loc. Talm. redigit: בשביל לחמך שנתת למי שאין בו דעה ישימו מזור תחתיך: *Propter panem tuum, qvem imprudenti dedisti, ponent sub te* מזור i.e. castigaberis a divino Numine.) *Vocabulum autem* מזור *nihil aliud denotat, qvam* castigationes, *secundum illud* Hos. V, 13. Et vidit Ephraim langvorem suum, & Juda plagam, i. e. castigationem, suam. Raschi ad loc. Obad. Kimchi & R. Sal. ben Melech per חליו ומכתו *morbum & plagam* exponunt. Abarbenel per רפיאה *medicamentum, emplastrum*, qvod tamen nullius valoris & efficaciæ sit, explicat. Alii sensum magis qvam phrasin expressuri reddiderunt *Insidias*. Ita Vulgata, LXX. ἔνεδρα, Syrus ܟܡܝܢܐ. Arabs مَكَامِن qvæ duo unam eandemqve radicem agnoscunt כמן *Delituit, abscondidit se, insidias struxit*. Qvæ insidiæ Edomo olim animadvertenti, (cum scil. iis sese irretitum captumqve, avium ad instar, qvibus aucupes fallendi ergo tendiculas subjiciunt, senserit,) æqvè molestæ ac ulcera vel vulnera futuræ erant. Chaldæus habet תַּקְלָא *Offendiculum*. Optime B. Lutherus: Sie werden dich verrathen.

Ոչ գոյր իմաստութիւն ի նմա. *Non erat sapientia in eo.*] գոյր Est 3. Sing. Imperf. verb. Subst. Լ *Esse*. իմաստութիւն est ipse Nominativus Sing. qvi integrè scribitur իմաստութիւնն. & descendit à concreto իմաստուն *Sapiens*. ի նմա. Est Cas. Commorativus Sing. Nominativi նա *Ille*. Fontes habent: אֵין תְּבוּנָה בּוֹ Vulgata: *Non est prudentia in eo.* Hanc versio Armenica seqvitur. LXX. enim illud בו vertunt pluraliter: οὐκ ἔστι σύνεσις αὐτοῖς. Syrus Fontes exprimit. Per Enallagen personæ hæc proferri censent Jonathan & Arabs, qvibus Vatablus, Mercerus, aliiqve sub-

ſubſcribunt. Habent enim מִדְּלֵית בָּךְ סָכְלְתָנוּ *Eò quod non ſit IN TE prudentia.* لَيْسَ لَكَ فَهْمٌ بِهِمْ *Non eſt TIBI intelligentia in iis.* De verſione hâc Arabicâ notetur, qvod exprimat illam τῶν LXX. editionem, qvæ olim legit: οὐκ ἔςι σοι σύνεσις ἐν αὐτοῖς. Vid. Opus Polygl. Angl. Verùm non adeo opus eſſe videtur hac Enallage, ſed potius apoſtrophe eſſe dicitur ad populum Judaicum, perinde ut ſuperior illa, q. d. *Videte jam, o mei, qvàm ſtupidus jam ſit Edom, qvi ſibi alias videtur σοφȣ̃ σοφώτερος, ut nihil animadvertat horum.* Conf. *Dn. D. Pfeif.* l. c. p. 46.

Ad verſ. 8.

Յաւուր *Die.*] Eſt Commor. Sing. à Nom. աւր. vel ut recentiores ſcribunt, օր *dies*, (qvod eſt ex Ebr. אוֹר *lux, lumen*,) cujus Genit. աւուր vel աւուր. ex qvo, præpoſito յ fit Commorativus. In textu Ebræo voci בַּיּוֹם Pathetica interrogatio הֲלוֹא *nonne*, forti aſſeverationi æqvipollens, præmittitur, qvam tamen verſiones, præter Jonathanis, non expreſſerunt.

Յայնմիկ *Illâ.*] Eſt Dat. Sing. à Nom. այնմիկ *Illa.* Cæterùm hîc obſervanda venit Caſuum in Subſtantivo & Adjectivo diſcrepantia, apud Armenos haut inſolens, non tunc ſolummodò, qvando Adjectivum Subſtantivo præponitur, cujus rei exempla *Galanus* in Gramm. f. 113. b. & 114. a. affert; Sed &, cum illud huic poſtponitur, uti in noſtro textu, ubi Subſtantivum præcedens caſûs Commorativi, ſeqvens autem Pronomen iisdem, qvibus Adjectivum, legibus ſubjectum, Dativi caſûs eſt; qvo aliàs in caſu Caſuum æqvalitas neceſſariò reqviritur, monente *Galano* l. c.

Կորուսից *Diſperdam.*] Eſt 1. Sing. Fut. verbi heterocliti կորուսանել *Perdere*, qvod legitur Joſ. VII. 7. Eſth. III. 9. 13. VIII. 5. Jer. I. 10. XVIII. 7. Ezech. XXII. 27. Pſalm. CXVIII. 95. Vox qvæ in textu extat, recurrit Jer. XXV. 10. XLIX. 38. &c.

Զիմաստութիւն. *Sapientiam.*] Eſt Accuſ. Sing. à Nomin. qvi v. præc. occurrit. In Fontibus & LXX. ut & in reliqvis verſionibus eſt concretum חֲכָמִים, σοφȣ́ς, pro qvo abſtractum adhibuit Armenus.

Յերկրէն Եդովմայ *De terrâ Edomi.*] յերկրէն eſt Ablat. Sing.

cum

cum Aff. 3. Perf. ն à Nominat. Երկիր *Terra*, cujus Genit. est Երկրի. Եդոմայ est Genit. Sing. à Nomin. Եդոմ. *Rivola* in Lex. p. 101. scribit Եդումայ. putatq; Nominativum esse, sed malè. In Ebræo absolutè dicitur מֵאֱרוֹם.

Եւ զհանճար *Et prudentiam.*] Est Caf. Accuf. à Nom. Հանճար. Recurrit Pf. XLVIII. 4.

'ի լեռնէն *De monte.*] Est Ablat. Sing. cum aff. 3. Perf. ն. à Nomin. լեռն *Mons.* Jonathan habet מִכַּרְכָּא *ex arce.*

Եսաւայ *Esavi.*] Est Genit. à Nom. Եսաւ. qvi v. 6. occurrit.

Ad verf. 9.

Եւ սարսեսցին *Et trepidabunt.*] Est 3. Plur. Fut. verbi սարսիլ (non սարսել qvod *Rivola* habet p. 336.) *trepidare, tremere præ timore.* In Ebræo est יָחַתּוּ *Et confringentur qvasi præ timore*, seu *contremiscent.* Jonathan reddit וְיִתַּבְּרוּן *Et contererentur*, (sic sonat versio in Opere Angl. Propriè autem significat *Et frangentur*, ab Ebr. שָׁבַר.) LXX. ἐμφαῖκῶς transferunt πτοηθήσονται, *attoniti obstupescent.* Seqvitur Arabs: وَتَتَجَزَّعُو versio in Opere Angl. reddit: *Et expavescent*; meliùs redditur, *Et contererentur, metuqve percellentur.* Vid. *Gol.* Lex. Arab. col. 501. Vulgata solum timorem indigitavit, reddens: *Et timebunt*, cum tamen timor trepidationi conjunctus intelligendus sit. Ita nec Syrus interpres Emphasin Ebrææ vocis exhausit, vertens: ܘܢܬܒܙܙܘܢ *Et diripientur.* Bene Armenus.

Պատերազմողք քո *Bellatores tui.*] Est Particip. Plur. à Nom. Sing. պատերազմող *bellum gerens*, verbi պատերազմիլ *Pugnare, præliari.* Πολεμισαὶ habent LXX. qvorum vestigia accuratè legit Armenus & Arabs, habens مُحَارِبُوكَ In Ebr. est גִּבּוֹרֶיךָ, qvod Chaldæus Syrusq; retinent, גִּבָּרָךְ, ܓܢܒܪܝܟ qvod posterius versio Latina in Oper. Angl. reddit *Gigantes tui.* Sed inconcinnè.

Որք 'ի Թեմանայ *Qvi in Theman.*] որք est Nomin. Plur. Pronominis

D

minis Relativi որ. Ի Թէմանայ est Commorat. Sing. à Nom. Թէման. Ponitur autem casus iste, qvia actus innuitur in loco. In Ebr. nudum nomen תֵּימָן extat, reddendum: ὁ Θεμαν, prout etiam Syrus habet. Aspiciatur accentuatio. LXX. vertunt: οἱ ἐκ Θαιμάν, qvos seqvitur Arabs: أَلَّذِينَ مِنْ تَامَانَ *Qui sunt ex* vel *de Theman.* Targum, Abarbenel & Vulgata vocabulum hoc appellativè reddunt, יָתְבֵי דָרוֹמָא, *habitantes ad meridiem*, vel ut *Abarbenel* fol. 255. col. 2. lin. ult. Jonathanis versionem citat יתבי ארע דרומא *inhabitantes terram meridionalem.* Utut ergo תֵּימָן alias appellativè *Meridiem* qvandoqve notet, à יָמִין *dextra*, qvod illa resp. Judææ & ad Orientem conversis dextra mundi pars sit; hîc tamen nomen proprium Urbis est, contra qvam cum Obadia vaticinantur Jeremias c. XLIX. Ezechiel c. XXV. v. 13. Amos I, 12. Conf. laudatus *Dn. D. Pfeiff.* pag. 47.

Զի բարձցի *Ut tollatur.*] Est tertia Sing. Fut. Passivi verbi բարձնել *tollere.* Sic etiam LXX. ὅπως ἐξαρθῇ *auferatur.* In Ebr. est לְמַעַן יִכָּרֵת *ut exscindatur.* Syrus tantùm habet ܘܢܐܒܕ *& peribit.*

Մարդ *Vir.*] Est ipse Nominativus. Ebr. אִישׁ. LXX. ἄνθρωπος, Syr. ܐܢܫܐ. Arabs أَلْإِنْسَانُ *homo*, i.e. qvivis. Jonath. verò restringit: גְּבַר דְּבֵיהּ צוֹרְבָא *Vir robore pollens.*

Ի լեռնէն Եսաւայ *De monte Esavi.*] Vid. v. 8. Hîc in versione Armenicâ, Arabicâ, Vulgatâ, LXX. & Syriacâ (de qvâ certè mirum, cùm textui avthentico alias pertinaciter adhæreat) versus nonus finitur, rejectâ, qvæ adhuc in Ebræo restat, ultimâ voce מִקָּטֶל, (qvam ignarus accentuationis Ebraicæ Coccejus ad יִחַת, non ad יִכָּרֵת pertinere dicit: vid *D. Pfeiff.* p. 48. i.) ad initium seq. versûs.

Ad vers. 10.

Վասն *Propter.*] Est Præpositio, qvæ plenè scribitur վասն. regitqve Genitivum.

Սպանման *Necem.*] Est Genit. Nominativi սպանումն *Occisio*: qvi descendit à verbo սպանել *Occidere.*

Եւ

Իւ ամպարշտութե *Et impietatem.*] Est Gen. Sing. decurtatè pro ամպարշտութեան scriptus, à Nominat. ամպարշտութիւն. qvi descendit à concreto ամպարիշտ *Scelestus, impius.* *Rivola* in Lex. p. 12. f. hanc vocem scribit ամբարշտութիւն scil. per *Pien* pro *Be*, & cum interfertâ litterâ *In.* Atqve in bibliis qvidem etiam per բ scribitur Psalm. LXXII, 6. sed absqve ի. qvo de posteriori nihil qvicqvam refert. In nostro tamen textu ut & Jer. VI, 7. Ezech. XII, 19. alibiq; per պ. & meâ qvidem opinione rectius, scribitur. Cæterum non perinde esse, sive aliqva vox per բ sive per պ scribatur, often lic *Galanus* in Gramm. Armen. artic. 4. qvi de Lexicographiâ, sive de illâ scientiâ agit, qvâ singulæ dictiones propriis litteris, non autem alienis scribuntur, contra qvam plurimi scriptores, Orthographiæ ignari, impingere solent. Sic non scribendum est ամբ. sed ամպ *Nubes*, non ըմբել. sed ըմպել *bibere*, qvam tamen utramq; scriptionem valere, *Riv.* in lex. p. 12. 15. 120. & 121. affirmat. Qvod versionem attinet, Interpres Armenus LXX. & Vulgatum seqvitur, qvi Ebræum מֵחֲמַס *propter rapinam* reddunt διὰ τὴν ἀσέβειαν *propter iniqvitatem.* Arabica Versio habet: لأجل النفاق Interpres Latinus in Opere Angl. Vertit: *Propter impietatem*, malim, *Propter hypocrisin.* Jonathan & Syrus Fontes genuinè exprimunt, & unâ qvidem uterq; voce, מִחֲטוֹף ܡܛܠ ܚܛܘܦܝܐ *Propter rapinam.*

Եղբօր *Fratris.*] Est Genit. Sing. à Nom. եղբայր. Vid. *Gal.* Gram. fol. 46. a. lin. 4.

Քոյ. *tui.*] Vide supra.

Յակոբայ *Jacobi.*] Est Genit. Sing. â Nomin. Յակոբ. qvi in Bibliis e. g. Gen. XLVII, 7. semper ita scribitur. *Rivola* autem pro o habet n. Et *Galanus* fol. 30. b. & 31. a. Յակովբ scribit. Format etiam Genitivum more qvorundam aliorum nominum propriorum, Յակոբու, qvi infra v. 17. occurret. Conf. *Gal.* Gr. p. 41. Cæterum hunc Genitivum non esse subjecti agentis, nec denotari hic impietatem à Jacobo commissam, sed objecti patientis, sive impietatem in Jacobum

 exerci-

exercitam, præ omnibus aliis clarè demonstrat Arabicus Interpres h. m. لِأَجْلِ ٱلذَّبْحِ وَٱلنِّفَاقِ ٱلَّتِي لِأَخِيكَ يَعْقُوبَ *Propter cædem* (vox Arabica est ex Ebræo זָבַח *mactavit*, qvod de animalibus ad sacrificium destinatis præsertim usurpatur.) *& impietatem, qvam* (sc. exercuisti) *in fratrem tuum Jacobum.*

Ծածկեսցէ զքեզ *teget te.*] Est 3. Fut. Sing. verbi Ծածկել *Operire, tegere.* Vox nostra recurrit Ezech. XXVI,10.

Ամօթ. *pudor.*] Est ipse Nominativus, qvem antiqvo more *Rivola* p. 12. scribit ամաւթ. Vulgata Ebræum בּוּשָׁה minùs accuratè vertit *Confusio.*

Եւ ջնջեսցիս *& deleberis.*] Est secunda sing. Fut. Pass. â verbo ջնջել vel ut plenè scribitur 1. Sam.XX,15. զջնջել *delere, obliterare,* cujus Passivum ջնջիլ vel զջնջիլ *deleri.* In Fontibus est וְנִכְרַתָּ *& excinderis.* LXX. habent ἐξαρθήσῃ *auferreris.* Et sic etiam Arabs وَتُنْزَعُ, qvod Interpres hujus versionis Latinus in op. Angl. qvidem vertit: *Et excinderis*, propriè autem notat: *Et dimoveberis, aufereris*, vid. *Gol.* lex. Ar. col. 2348. Syrus: ܘܬܐܒܕ *& peribis*, qvomodo & Vulgata reddit. Jonathan: וְתִשְׁתֵּיצֵי *& excideris.* Versio igitur Armenica, in formali vocis significatu aliam non exprimit.

Յաւիտեան *In æternum.*] Est Nomen temporis, adverbialiter usurpatum. *Galano* denotat *Æternitas.* Observandum autem litteram primam hujus vocis յ radicalem esse, non servilem, pro qvâ aliàs haberi posset. Cui errori occurrere videtur *Rivola* in lex. p. 45. f. dum qvi vocabulum hoc in eorum ordine qvæsiturus erat, qvæ ab ա incipiunt, ad litteram յ p. 272. remittit: qvanqvam etiam alium sensum verba ejus habere videantur, qvi ex eo confirmari vult, qvòd Lexicographus ille plurimas voces loco impertinenti inseruerit.

Ad vers. 11.

Յօրէ յորմէ *A Die qvo.*] Sunt Ablativi Sing. à Nomin. Օր *Dies,* & որ *Qvi, qvæ, qvod.* LXX. vertunt, ἀφ' ἧς ἡμέρας, *Ex Die*, qvasi in Ebræo מִיּוֹם extaret, cùm sit בְּיוֹם. Secuti illos sunt Armenus & Arabs,

qvi

qvi posterior imprimis, emphaticè illam versionem exprimit : مُنْذُ ٱلْيَوْمِ *Inde ab eo die.* Jonathan Syrusqve Fontes seqvuntur.

Կացեր *Stetisti.*] Est secunda Sing. Præter. verbi heterocliti (vide *Galan.* p. 91.) Կալ *Stare, manere.*

Հակառակ *Contrarius.*] Est ipsum thema. Ebræum מִנֶּגֶד rectiùs vertitur, *è regione*, uti 2. Reg. II, 7. Psal. XXXVIII, 12.

Յաւուրն *Die.*] vid. v. 8. Hîc secum habet Affixum 3. Pers. Ն.

Գերելոյ *Captivam ducentibus.*] Est Gerundium verbi գերել.

Այլազգեաց *Peregrinus.*] Est Genit. Plur. à Nomin. plur. այլազգիք *Peregrini.* Singularem enim in usu esse dubito. Componitur hæc vox è duabus aliis, nim. այլ *Alius*, & ազգ *Generatio, gens*, q. d. Alius generationis homines. De reliqvo observanda est Constructio Armenica, qvæ Latinos Ablativos conseqventiam designantes, exprimit per Gerundium verbi, & Genitivum nominis.

Զզօրութի *Potentiam.*] Est Accus. Sing. decurtatè scriptus, à Nom. զօրութիւն qvi descendit à verbo զօրել. *eniti, vires intendere.* Conf. *Rivol.* pag. 116.

Նր *Ejus.*] Est Genit. abbreviatè scriptus pro նորա. à Nom. նա *Ille.* In Ebræo est חֵילוֹ, qvod licet & *Robur* seu *Potentiam*, & *Exercitum* aliàs denotet, hoc tamen loco posterior significatio ipsi magis conveniet: LXX. autem priore electâ, reddiderunt δύναμιν, qvos Armenus & Arabs secutus est.

Եւ օտարք *Et exteri.*] Est Nomin. Plur. à Sing. օտար Deuter. XVII, 15. qvod *Rivola* pag. 47. ատար scribit.

Մտին *Ingressi sunt.*] Est 3. Plur. Præt. verbi heterocliti, & superiùs v. 5. jam adducti մտանել *Ingredi*, *Introire* : cujus Præteritum est մտի *Introivi.* Nostra vox etiam Gen. XIX, 5. Jos. II, 4. 1. Reg. XI, 17. &c. legitur.

Ըստ *Per.*] Est Præpositio regens h. l. qvia Plurali præponitur, Accusativum spoliatum signo զ. qvi est

Դրունս *Portas.*] formatus à Nom. Sing. դուռն *Ostium, Porta,*

die Thür / das Thor / (vox Armenica cum Germ. coincidit.) cujus Plur. est դրունք. Jonathan vertit בְּקִרְוֹהִי *in civitates ejus.*

Նր *Ejus.*] Modò fuit.

Եւ ՚ի վր *Et super.*] vid. v. 1.

Եէմի *Jerusalem.*] Est Gen. sing. abbreviatè scriptus pro Երուսաղէմի. à Nomin. Երուսաղէմ: Jes. LXIV, 10.

վիճակս *Sortes.*] Est Accus. Plur. signo զ destitutus, à Nom. Sing. վիճակ.

Արկանէին *Mittebant.*] Est 3. Plur. Præt. Imperf. Verbi արկանել *Projicere.* Conf. *Rivol.* pag. 42. & 352.

Եւ դուք *Et vos.*] Est Nom. Plur. à Sing. դու *Tu.* In Ebræo Singularis numerus אַתָּה legitur, ut & in Targum, Syro, LXX. & Arabe. At noster pluralem usurpat.

Էիք *Eratis.*] Est secunda Plur. Imperf. verbi Subst. Էլ *Esse.*

Իբրև *Sicut.*] vide v. բ.

Զմի *Unus.*] Est Accus. Sing. à Nomin. մի vide v. 5.

՚ի նոցանէն *Ex iis.*] Est Ablat. Plural. cum ն Aff. à Nomin. Sing. նա Ille.

Ad vers. 12.

Եւ մի՛. *Et non.*] De մի՛ Observ. qvod plerumqve notetur accentu, ad differentiam alterius մի. qvod nomen est, significans *Unus.* vid v. præc. deinde, qvod non modò *negandi*, sed & *prohibendi* notionem habeat, perinde ut Græcum *μη*, qvo cum præcisè convenit. Jonathan Ebræum אַל causaliter interpretatur, *Qvia* hoc vel illud fecisti, ideo &c. Videtur cum עַל confudisse.

Տեսցես *Videbis.*] Est secunda Sing. Fut. verbi heterocliti տեսանել. qvod Futurum format տեսից. տեսցես. տեսցէ. vid. *Galan.* p. 91 m. & *Rivol.* Lex. p. 361. m. Cæterum Latina vox melius redditur in Conjunctivo modo, *Videas.*

Զաւուր *Diem.*] Est Accus. Singul. à Nomin. Օր vel secundum antiqvam

antiqvam scriptionem աւր *Dies*, (prout ad v. 8. p. 24. annotavimus,) unde Accus. զօր vel զաւր. & per Epenthesin ու է. qvæ diphthongi vocem resolvit. զաւէր. *Galanus* qvando in Gramm. suâ fol. 45. b. & 46. a. hoc nomen օր per omnes casus numerosqve flectit, Accusativum nostrum non exhibet, unde suspicio cuipiam oriri posset, eundem non esse ab օր. sed ab աւէր *Desolatio*, (qvæ vox Luc. XXI, 20. pro Græco ἐρήμωσις usurpata legitur, nec inconcinnè textui applicari potest h. m. *Nec videbis desolationem fratris tui &c.*) imprimis cum vocem զաւէր in significatione *Dies*, cum curâ licet qvæsitam, hactenus nondum repererim, sed potius regularem Accusativum զօր in Gen. XXVII, 2. Jer. XVII, 22. Joh. VIII, 56. Rom. VIII, 36. X, 21. XIV, 5. alibiqve; & cum ն Aff. զօրն Gen. II, 2. Exod. XX, 8. 11. Deut. V, 15. XVI, 2. Nehem. XIII, 18. Matth. XXV, 13. Act. XX, 16. Rom. XIV, 6. bis, &c. offenderim. Verum qvoniam non solum Ebræo ביום sed & Græco (è qvâ versione suam confecit Armenus Interpres:) ἡμέραν, nostrum զաւէր respondet, non temerè *Dies* significatio ipsi neganda venit.

Եղբօրն քոյ *Fratris tui.*] vid. v. 10. Prior vox habet affix. ն:

Յաւուրն *Die.*] vid. v. 11.

Օտարաց *Exterorum.*] Est Genit. Plur. Nom. օտար. vid. v. 11. Armenus hic vestigiis τῶν LXX. inhæret, qvi Ebræum ביום נכרו *in die alienationis ejus* (qvo scil. exul & extorris inter exteros & alienos versari cogebatur;) reddunt ἐν ἡμέρᾳ ἀλλοτρίων *in die alienorum*. Sic etiam Syrus ab authentico aliàs non recedens, ܒܝܘܡܐ ܕܢܘܟܪܝܐ & Arabs فِي يَوْمِ ٱلْغُرَبَاءِ *in die alienorum* seu *exterorum*, qvamvis hujus versionis interpres Latinus in Opere Angl. mihi versione suâ, plurimis aliàs in locis erroneâ, nec hîc satisfaciat, siqvidem غَرُبَ propriè notat *Abfuit, distitit, longius recessit, peregrinatus fuit*, unde غُرْبَة *peregrinatio, peregrinitas*, cit. *Gol.* Lex. Arab. col. 1696. & 1698. Malim itaqve vertere: *In die peregrinitatis*, qvod ipsum cum Ebræo concordaret. Bene Vulgata: *In die peregrinationis ejus.* Jonathan habet: ביום תבריה *diem confractionis ejus.*

Եւ

Եւ մի ոտնհար լինիս. *Nec pedem percutias.*] Vox ոտնհար est Composita ex ոտն *Pes*, & հարկանել *Percutere*, hinc ոտնհարկանել *pedem percutere*, qvi effusè ridentium lætantiumqve gestus esse solet, ut incurvato nonnihil corpore, manibus genua feriant. Usurpatur hoc verbum Prov. XXIV, 17. ubi Ebræum אַל־תִּשְׂמָח *Ne læteris* (qvod ipsum etiam nostro in textu legitur:) redditur մի ոտն հարկանէր *ne pedem percutito.* Ab hoc verbo descendit nomen ոտնհար *Pedem percutiens*, i.e. *lætus*, cui nectitur verbum Substantivum ել *esse*, ejusqve, in præsenti loco, secundæ Sing. Fut. Sic Mich. VII, 8. extat մի ոտնհար լինիր *Ne lætus esto.* Posset etiam *Tripudiandi* significatio aliqvem hic habere locum, maximè si ad illud Poëtæ respiciatur: *Pedemqve terit pede.* Er schneidet Capreolen / qvod maximè in saltatione fieri consvevit. Aliàs terram magis, saltantes, ferire solemus, qvàm nostrosmet pedes. LXX. hìc habent: καὶ μὴ ἐπιχαρῇς, ut in Fontibus extat. Sic & Vulgata, Jonathan, & Arabs, qvi sic: وَلَا تَشْمَتْ Versio in Op. Angl. habet: *Neqve insultabis*; impropriè: rectiùs: *neqve gaudebis ob malum alterius*, (hæc enim formalis significatio vocis est,) scil. fratris.

Որդւոցն *Filiis* i. e. *propter* vel *super filios.*] Est Dativ. Plur. à Nomin. Sing. որդի *Filius*, cujus Genit. որդւոյ. & Genit. Plur. որդեաց & որդւոց (vid. *Galan.* Gramm. p. 40.) *Filiorum.* Huic autem Genitivo Dativus per omnia similis esse potest, estqve in nostrâ voce, de qvâ, ne cuipiam dubium oriatur, num etiam in Dativo posita sit, consulendus erit allegatus locus Mich. VII, 8. ubi dicitur: Ne pedem percutias ինձ *mihi*, i. e. Ne læteris super me. Cæterum ն est affix. 3. pers.

Յուդայ *Judæ.*] Est Genitiv. Sing. (qvem pro ipso Nominativo *Rivola* p. 275. agnoscit:) à Nomin. Յուդա Gen. XXXVIII. v. 2. 6. 11. 12. 15. 23. Conf. *Galanum* p. 31. ejusq; canonem 4. Lexigraphiæ p. 8. docentem, qvod Nominum propriorum Nominativus, Accusativus, Vocativus, etiam Dativus, si cum præpositione jungatur, non in յ desinat.

Յաւուրսն *in diebus.*] Est Commorativus Plur. Reliqva v. v. 8. in Fontibus & versionibus Singularis tantùm Numerus reperitur.

Կոր-

Կորստեան *Exitii.*] Est Genit. Sing. Nominativi կորուստ. *Exitium, perditio.*

Նոց *Eorum.*] vide suprà, p. 10.

Եւ մի մեծաբանեսցես *Nec magna loqvaris.*] Est 2. Sing. Fut. verbi մեծաբանել *Magna loqui, Magniloqvum esse*, qvod descendit à nomine մեծաբան *Magniloqvus* composito ex մեծ *Magnus*, & բան *Verbum*, qvasi qvi magna verba facit. LXX. itidem unicâ voce Ebræum הִגְדַּל פִּיךָ exprimunt, scilicet μεγαλοῤῥημονεῖν. Jonathan reddit: וּדְאַסְגִּיתָא לְמַלָּלָא רַבְרְבָן *& qvia multa magnifice locutus es.* Syrus: ܘܠܐ ܬܣܓܐ ܦܘܡܟ *neve amplifices os tuum.* Arabs: وَلَا تَتَعَظَّمْ بِالْقَوْلِ *neqve verbis insolesces.*

Յաւուր. *Die.*] vide vers. 8. p. 24.

Նեղութե *Afflictionis.*] Est Genitivus Sing. abbreviatè pro նեղութեան scriptus, à Nomin. նեղութիւն *Afflictio*, qvi Esi. XXVIII. v. 10. legitur, ubi tamen, qvod obiter moneo, qvod in fontibus est צַו לָצָו legerunt צר לצר, verteruntq; *Afflictio super afflictionem*, prout etiam LXX. habent θλῖψιν ἐπὶ θλῖψιν & Arabs شدة على شدة *Afflictio super afflictionem.* Syrus autem vertit ܛܢܦܐ ܥܠ ܛܢܦܐ *stercus super stercore.* Sed hæc, ut dixi, ἐν παρόδῳ.

Ad vers. 13.

Եւ մի մտանիցես *Nec ingrediaris.*] Est secunda Fut. Subjunctivi modi, Verbi մտանել qvod jam supra bis habuimus v. 5. & 11.

Ի դրունս *in portas.*] vid. v. 11. In Ebræo, Syro, & Vulg. est Sing. In Targum, LXX. Arab. & Arm. vers. Pluralis.

Ժողովրդոց *Populorum.*] Est Genit. plur. à Nom. Sing. ժողովուրդ cujus Genitivus est ժողովրդեան. Hinc regulariter Genitivus Plur. deberet esse ժողովրդեանց. sed anomalicè est ժողովրդոց. vid. *Galan.* Gr. f. 35. a. f. In fontibus singularis Numerus cum aff. 1. pers. legitur

 tur

tur עַמִּי *populi mei*, non עַמִּים *populorum*, qvomodo LXX. Arabs & Armenus habent. Qvanqvam etiam exemplar qvoddam τῶν LXX. legat λαοῦ μου. Admiſſâ nihilominus priore lectione, ex eâ tamen ad Codicis Ebræi depravationem minimè concludendum eſſe, *Buxtorfius* Anticrit. P. 2. c. 8. p. 626. ad locum noſtro ſimilem Mich. VI. v. ult. contra Cappellum oſtendit. Jonathan, Syrus & Vulgata rectè habent.

Յաւուր *Die.*] vid. v. 8. p. 24.

Աւուրց նոցա. *Dierum illorum.*] Eſt Gen. Plur. à Nom. Sing. օր *Dies.* vid. *Galan.* Gr. f. 46. a. Fontes habent בְּיוֹם אֵידָם *in die calamitatis eorum*. qvæ phraſis ternâ vice in hoc verſiculo legitur, ſingulaq; à LXX. aliter redditur. Hoc loco vertunt ἐν ἡμέρᾳ πόνων αὐτῶν, *in die laborum eorum*: ſeqvitur, ut ſolet, Arabs: فِي يَوْمِ أَتْعَابِهِمْ. Rectius Jonathan, Syrus & Vulgata, qvorum ille habet בְּיוֹם תְּבִירְהוֹן *in die confractionis eorum.* Iſte ܒܝܘܡܐ ܕܐܘܠܨܢܗܘܢ *in die tribulationum eorum*, ab עוק, qvod in Hiphil *Premere, Arctare*, denotat; Hæc: *In die ruinæ eorum.* Armenus Interpres nullam harum verſionum preſſè ſeqvitur, ſed ſenſum reſpexit, innuens diem vitæ Edomi ultimum ſeu noviſſimum, & præ omnibus aliis totius vitæ ſuæ maximè memorabilem. Alias idem hanc phraſin variè expreſſit, ut Devt. XXXII. 25. օր բարկութեան նոցա *Dies indignationis ipſorum*: զօրն կորստեան *Diem perditionis* Jer. XVIII. 17. qvæ vox etiam in fine noſtri verſûs uſurpatur: աւուրք նեղութեան *Dies tribulationis*, 2. Sam. XXII, 19. յաւուրս չարչարանաց *Diebus paſſionum*, Pſalm. XVII. (juxta Ebr. XVIII.) 19.

Եւ մի տեսցես. *Nec videas.*] vid. v. 12. Syrus habet ܘܠܐ ܬܚܕܐ *neq. geſtias*, pro Ebr. אַל תֵּרֶא *ne aſpicias*, qvod etiam v. 12. (ubi tamen hic propriè reddit:) extitit. Aſpectus autem intelligitur, qvi fit lætis laſcivisqve oculis, cum voluptate & deſiderio eventus. Conf. Pſalm. XXII. v. 18. & XLI, 7. Mich. IV, 11. qvo ultimo in loco verbum חזה *Vidit*, in eadem conſtructione legitur. Syrus in noſtro loco conceptum hunc propriâ voce exprimere voluit.

Ժողովն նոցա *Cœtum eorum.*] Eſt Accuſ. plur. à Nom. plur. ժողովք. Eſt n. nomen Pluralis Numeri tantùm. Armenus & Arabs, qvi

جمعهم

جَمْعَهُمْ *cœtum, conventum eorum*, habet:) ſtrictè hîc τοῖς LXX. adhærent, qvi Ebræum בְּרָעָתוֹ *in malum ejus*, verterunt, acſi transpoſitis immutatisqꝫ litteris eſſet בַּעֲדָתוֹ, vel, qvia illi ſuffixum pluraliter vertunt, בַּעֲדָתָם ab עֵדָה qvod *Cœtum* notat, τὴν συναγωγὴν αὐτῶν, *congregationem eorum*. Rectiùs Jonathan & Syrus: בְּבִישְׁתֵּיהּ ܒܒܝܫܬܗ *malum* vel *infortunium ejus*. Item Vulgata: *In malis ejus*.

Յաւուր *Die*.] vid. v. 8.

Սատակման նոցա *Devaſtationis eorum*.] Eſt Genit. Sing. à Nom. սատակումն Prov. XI, 7. ubi in Ebræo eſt שֹׁד, cum qvâ voce, Armenica nonnihil convenire videtur. In Fontibus eſt בְּיוֹם אֵידוֹ ut ſupra. LXX. vertunt: ἐν ἡμέρᾳ ὀλέθρου αὐτῶν *in die perditionis eorum*. Ar. فِي يَوْمِ مَوْتِهِمْ *In die mortis ſuæ*. Vulgata *In die vaſtitatis illius*. Jonathan & Syrus iisdem vocibus, qvibus ſupra, utuntur, niſi qvod hic pro plurali ibidem adhibito, ſingularem uſurpet.

Եւ մի՛ ի վր *Nec ſuper*.] vide ſupra.

Զօրութե՛ նոցա *Fortitudine eorum*.] Eſt Genitiv. Sing. apocopatè ſcriptus pro զօրութեան. à Nomin. զօրութիւն. Conf. v. 11. Regitur autem hic caſus à præcedente Præpoſitione ի վր. inter qvam ipſumqve nomen, verbum interſertum eſt, ex genio lingvæ.

Հարկանիցիս *Exhilareris*.] Eſt 2. Sing. Fut. Subjunct. Paſſivi, à verbo Հարկանել *percutere*, qvod tamen hoc loco in eâ ſignificatione ſumendum eſt, qvam v. 12. p. 32. habuit, utut hic vocula մի omittatur: aliàs enim ſenſus inconcinnus evadit. Activum itaqve ſignificabit *Letari*, Paſſivum Հարկանիլ *Letum fieri, exhilarari*. Interpretes hunc locum variè reddunt. In Avthentico legitur: וְאַל־תִּשְׁלַחְנָה בְחֵילוֹ Qvod ita vertendum: *Neq; immittatis* Adhibetur per emphaticam generis enallagen, fœmininum, qvaſi dicat: *Vos ô Idumæi, muliebrem alias animum gerentes, jam ſcil. ubi omnia Chaldæorum expilationibus expoſita videtis, audaciam in ventrem concepiſtis*. Conf. *Dn. D. Pfeiff.* l. c. p. 67. m.) ſcil. יְדֵיכֶם manûs veſtras, *in facultates ejus*. Ita etiam Jonathan: וּדְאוֹשֵׁטְתָּא יְדָךְ בְּנִכְסוֹהִי *& quia*

extendiſti manum tuam in Facultates ejus: ad cujus ... [illegible] etiam provocant Raſchi, Aben Eſra, Kimchi & R. Sal. ben Melech, (quos ſeqvitur Mercerus, Tarnovius, Tremellius aliiqve:) in hoc tamen diſplicentes, qvod verbo שָׁלַח intranſitivam ſignificationem tribuant, reddantqve אַל־ תִּשְׁלַחְנָה יָדֶיךָ *Ne immittant se, aut extendant ſe, manus tuæ in facultates* ejus, niſi forte Paſſive accipi voluerint, qvaſi eſſet תִּשָּׁלַחְנָה *ne extendantur manus tuæ. &c.* Cæterum cum hac Ellipſi nominis יָד, qvod alias freqventer cum verbo שָׁלַח conſtruitur, Aben Eſra confert illam, qvæ eſt vocis רַגְלָיו in loco Job. XXXIX, 21. *Fodiunt in convalle*, ſcil. pedes ejus. Reliqvæ verſiones noſtri textus in alia omnia abeunt. Syrus vertit: ܘܠܐ ܬܪܡܐ ܙܘܥܬܐ ܒܚܝܠܗܘܢ *neqve pavorem injicias in exercitum ejus*, adeoqve ſub שָׁלַח vocem אֵימָה, vel יִרְאָה, vel פַּחַד vel aliud qvoddã *Timoris* Synonymum Ebræum intelligit. LXX. habent *μηδὲ συνεπιθῇ ἐπὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν*, qvod hujus verſionis Interpres Latinus reddit: *Neq; ſimul apponeris fortitudini eorum*. Unde tamen commodus ſenſus elici non poteſt: Rectius ita transfertur: *Nec una* (cum hoſtibus ſcil. Iſraëlitarum!) *adoriare atqve invadas* (hæc enim vera verbi *συνεπιθέσθαι* ſignificatio eſt:) *fortitudinem ipſorum* (ab hoſtibus ſcil. infringendam. Vicinæ huic qvoad ſenſum ſunt noſtra Germanica & Vulgata: Du ſolt nicht wider ihr Heer ſchicken: *Et non emitteris adverſus exercitum ejus.* Verſio Arabica hic ſonat: ولا تحيط بغنة جيشهم *Nec obſidebis* (cinges, circumdabis,) *exercitum eorum.* Armenus mihi videretur ex שָׁלַח *miſit*, feciſſe שָׂמַח *lætatus eſt*, ſi verſionem ſuam è Fontibus adornaſſet. Ex his etiam liqvet, varia interpretatio vocis חַיִל, qvæ ut alias bona qvælibet, ſeu vires, qvibus antecellimus alios, ſ. ſint bona fortunæ, ſ. corporis, ceu conſtat ex Pſ. XXXIII, 12. Zeph. I, 13. Mich. IV, 13. Pſ. XLIX. 7. (ad qvem locum Magnif. D.D. Geierus p. 970. vid.) ita etiam in noſtro loco, bona, primario fortunæ, ſignificat.

13. Յաւուր կորստեան նոցա *Die perditionis eorum.*) vid. v. 8. & 12. Pronomen, Pluralis numeri eſt, uti ap. LXX. qvi habent: *ἐν ἡμέρᾳ ἀπωλείας αὐτῶν.* Sic & Arabs: في يوم هلاكهم *in die interitus* (vox Arabica deſcendit ex Ebræo הָלַךְ *ivit*: q. d. die, qvo ex hoc mundo eunt:) *eorum.* Fontes, Jonathan, Syrus & Vulgata, ut ſupra.

Ad

Ad verſ. 14.

[Armenian] *Nec capias.*] Eſt ſecunda Sing. Fut. Subjunct. verbi [Armenian]. In Fontibus eſt וְאַל תַּעֲמֹד *Nec ſtes*, & ſic etiam in verſionibus, ipſa etiam LXX. virali, qvas tamen omnes Armenus deſeruit.

[Armenian] *Bivia eorum.*) Eſt Accuſ. plur. a Nom. Sing. [Armenian] qvem nec *Riv.* nec *Gal.* habet. In Ebræo legitur עַל־הַפֶּרֶק in bivio. a פָּרַק *Rupit*, qvod ibi via qvaſi laceretur & rumpatur. Jonathan hanc vocem retinet פִּרְקָא. LXX. reddunt: ἐπὶ τὰς διεκβολὰς αὐτῶν *In egreſſibus* (per locum anguſtum & interſeptum: vid. *Budæus*) *eorum.* Sic & Vulgatus: *In Exitibus.* Syrus: [Syriac] *in anguſto aditu.* Arabs: [Arabic] *ad ſaltus eorum.* (Nota, qvod in Opere Anglicano pro primo ق ſit ف per errorem typographicum, qvi apud Nonneminem in graphicum degeneravit. Radix enim eſt قفز *Salut*, unde Ebræum [Hebrew] *Merula*, qvoniam hæc avis ſaltuatim incedit.) Caſtrus & Tarnovius cit. D. Dieciſſ. l. c. p. 69. reddunt: *In diruptione*, ſeu diſruptis locis urbis, qvò Caſtrus non inepte trahit hiſtoriam 2. Reg. XXV, 4. *Kimchi in lib. Rad.* exponit per שֶׁבֶר *fracturam & calamitatem*, ut עָמַד עַל פֶּרֶק ſit, aſtare & imminere cladi alterius, eamqve pro virili promovere; cui pollicem premit Abarbenel & R. Sal. Ben Melech, qvi pro ſtabilienda hac interpretatione loca parallela adducit Geneſ. XXVII. 40. וּפָרַקְתָּ *& rumpendo excuties* jugum ejus de collo tuo: Pſalm. VII. 3. פֹּרֵק *dilacerat*, & nemo liberat: Lev. XIX, 16. לֹא תַעֲמֹד עַל *Ne inſtato contra* Sangvinem proximi tui. In comment. tamen in noſtrum locum citatus Kimchi aliam induit mentem, eamqve meliorem, dum per *Bivium* exponit, qvod etiam Raſchi, Aben Eſra, B. Luth. Pagninus, Vatabl. Corn. à Lap. Mercerus aliiqve cum noſtro faciunt. Vox Armenica etiam Jud. V. 17. pro Ebræo מִפְּרָצָיו in *præruptis ſuis*, Græcoq; διακοπαῖς uſurpatur.

[Armenian] *ad perdendum.*] Eſt ipſum thema ſeu Infinitivus, qvi recurrit Deut. VII 10. XXVIII, 63. 2. Reg. XXIV, 2. &c. *Rivola* in Lex p. 335. huic voci, ejusq; derivatis, poſt prius ш literam u interponit, ſcribens [Armenian] qvod, cum in Bibliis non reperiam, num recte fiat, dubito.

Զաւրեալս *Salvatos ſeu ſuperſtites.*] Eſt Accuſ. Plur. Partic. Præteriti ապրեալ. verbi ապրել *Salvari, conſervari;* item *ſuperſtitem eſſe, evadere.* vid. *Rivol.* p. 30. Proximus eſt Armenus Metaphraſtes τοῖς LXX. habentibus τοὺς ἀνασωζομένους. In Ebræo eſt אֶת־פְּלִיטָיו *Profugos ejus:* Jam verò cùm non qvivis profugus ſtatim ſit ἀνασωζόμενος, haut videntur mihi LXX. horumqve ſeqvaces Armenus & Arabs, Ebrææ vocis ἐνέργειαν expreſſiſſe. Poſtremus hic interpres habet المتخلصين qvod in Opere Angl. vertitur: *Qui ſe eripuerunt*, magis autem propriè redditur: *liberatos, ſalvatos*, *Giauharis* enim, celeberrimus Lexicographus Arabicus, (cui, qvod obiter adductum velim, inſanum alis ligneis volandi ſtudium fata accerſiiſſe ferunt, qvi tutius, & famæ ſuæ conſultius, vivus per ora hominum volitare potuiſſet.) Conjugationi qvintæ, in qvâ noſtra vox extat, Paſſivam Conjugationis ſecundæ ſignificationem tribuit, qvæ ipſa eſt, qvam poſui. Vid. *Gol.* Lex. Arab. col. 742. f. ſ. Cæterùm vox Arabica ex Ebræo חלץ *Exuit, extraxit, eruit, liberavit*, deſcendit. Syrus etiam proximior eſt τοῖς LXX. qvam Fontibus, habet enim ܠܡܫܘܙܒܢܘܗܝ qvod Latinus qvidem in Op. Angl. Interpres reddit: *Profugos ejus*, accuratius autem vertitur vel Activè *qui ſe liberant aut liberarunt*, vel Paſſivè, *liberatos eorum.* Optimè Jonathan: מְעָרְקוֹהִי *Profugos eorum.* Dum a. hæc ita ſcribo, vocem Armenicam *Zabreals* adhuc ſemel intueor, ne inde diſceſſurus, alia qvædam oculis ſub lucatur, en ! commodè illa memoriæ ſuggerit vocem אַבְרֵךְ Gen. XLI, 43. ex eodemqve ſecum fonte ſcaturiviſſe, monet, de qvo occaſione alia diſpiciemus.

Ի նոցանէն *Ex iis.*] Vid. verſ. 11. In Fontibus ſimpliciter Vav Suff. 3. perſ. in plur. adhibetur, qvod cum Arabe Armenus reddunt, qvaſi eſſet מֵהֶם, nam & ille habet منهم, *Ex iis.*

Եւ մի պաշարեսցես *Nec obſidebis.*] Eſt ſecunda Sing. Fut. verbi պաշարել. In Ebræo eſt וְאַל־תַּסְגֵּר *Et non concludes*, qvomodo & Vulg. habet, & LXX. μηδὲ συγκλείσῃς, atqve Arabs ولا تحبس *neqve carceribus detinebis.* Chaldæus autem & Syrus formalem vocis ſignificatum non attendentes, vertunt וּמְסַרְתְּ *& qvia tradidiſti;* (vide ſuperiùs ad initium v. 12. p. 30. dicta:) ܘܠܐ ܬܫܠܡ *neqve prodas*, vel *tradas.*

Զմնա

Զփախստեայս նոց *Profugos eorum.*] Est Accus. Plur. à Nom. Sing. փախստեայ. qvi legitur 2. Maccab. Cap. V, vers. 8. ubi in Græco est φυγων, à qvâ voce Armenica non multum abludit. Derivatur autem proximè à nomine փախուստ *Fuga, Res ipsa, quæ aufugit,* qvod primitivum agnoscit nomen փախ *Fuga.* Armenus seqvitur τοὺς LXX. qvi Ebræum שְׂרִידָיו *superstites ejus*, vertunt φευγοντας *fugientes*, qvod & Arabs facit, habens الهاربين *profugos.* Jonathan reddit מְשֵׁיזְבוֹהִי, qvod versio in Op. Angl. reddit, *superstites eorum*, (vid. paulò antè dicta.) Syrus autem Fontibus omnium proximus est, qvia ipsam Ebræam vocem retinet, ܫܪܝܕܘܗܝ *Superstites ejus.*

Յաւուր նեղութեան *Die afflictionis.*] vid. v. 12. p. 33.

Ad vers. 15.

Զի մերձ է օր Տն իվր ամն ազգաց. *Qvia propè est dies Domini super omnes gentes.*] Nihil hic peculiariter observandum, nisi qvod ultima vox, ob præcedentem præpositionem, sit in Genitivo & qvidem plur. posita, à Nom. Sing. ազգ *Gens, Generatio.*

Որպէս *Quemadmodum.*] Est Adverbium qvalitatis, compositum ex Pronomine relativo որ *Qui*, & nomine օրինակ *Exemplar*, qvasi dicas, Ad qvod exemplar. Legitur & Prov. XXIII, 7.

Արարեր *Fecisti.*] Est secunda Singul. Præteriti, verbi heterocliti առնել *Facere*, qvod Præteritum format արարի *feci*, արարեր *fecisti*, արար *fecit.* vid. *Galan.* Gramm. Arm. p. 93. i.

Դու *Tu.*] Est Pronom. Pers. secundæ pers. cujus totam declinationem *Galanus* in Gramm. Arm. f. 53. a. exhibet, variiqve ejus casus in nostro Prophetâ occurrunt, & Dativus qvidem քեզ *Tibi*, ac Genitivus, քո *Tui*, in hoc ipso versu.

Եղիցի քեզ *Fiet tibi.*] Est tertia Sing. Fut. verbi Substantivi էլ *Esse.* Verùm tamen radix est եղանիլ secundùm *Galan.* in Lex. Arm. fol. 8. col. 4. m. vel omisso ա. եղնիլ sec. *Rivolam* p. 105.

Եւ

Եւ հատուցումն քո *Et retributio tua.*) Est ipsum nomen in casu recto positum, atqve derivatum à verbo (de qvo vid. *Gal.* Gramm. pag. 76.) Հատուցանել *Retribuere*, Eccles. V, 3. cujus tertia pers. Sing. Fut. Passivi est seqvens.

Հատուսցի *Retribuetur.*] In Ebræo, Chaldæo & Syro diversarum radicum voces hic extant. גְּמֻלְךָ יָשׁוּב , גְּמָלָךְ יְתוּב , ܦܘܪܥܢܟ ܢܬܦܢܐ *Retributio tua convertetur, retorqvebitur, recidet.* Noster autem & Arabicus Interpres vocibus utuntur, unam radicem agnoscentibus, ex qvo vel solo patet, ipsos τὰς LXX. prototypon versionum suarum habuisse, qvi reddunt Τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεταί, *Retributio tua reddetur.*

Ի գլուխ քո *In Caput tuum.*] Est Dativ. Sing. a Nominativô, non nisi præfixâ litterâ Ի differens.

Ad vers. 16.

Զի զորօրինակ *Nam qvemadmodum.*] vid. v. 15.

Արբեր *Bibisti.*] Est secunda Sing. Præt. verbi heterocliti արբել (non արբել ut vult *Rivola* in Lex. p. 39.) *Bivere*, qvod Præteritum format արբի. արբեր. եարբ. Conf. *Galan.* Gramm. p. 92. i. In Fontibus secunda Plur. extat שְׁתִיתֶם, a Syro etiam expressa. LXX. vero singularem ἔπιες adhibent, qvos cum nostro, Arabs seqvitur.

Ի վերայ լերին *Super monte.*] Est Genit. Sing. a Nom. լեառն *Mons.* Conf. *Galan.* f. 8. a. m. & 44. a. m.

Սրբութե̃ *Sanctitatis.*] Est Genit. Sing. de[illegible]tate scriptus pro սրբութեան. à Nomin. սրբութիւն *Sanctitas*, qvi derivatur à սուրբ *Sanctus.* Ex occasione elisæ diphthongi ու monendum duxi, non tantum in obliqvorum casuum formatione, (de qva *Galanus* in Gramm. f. 8. a. m. a lit.) verùm etiam in aliis nominum flexionibus qvando v. g. a Concreto Abstractum deducitur, ut in nostro exemplo, vocales ա, ի, ու, յ, absorberi.

Իմոյ *Meæ.*] Est Genit. Sing. a Nom. իմ *Meus*, qvi ipse Nominativus est Genitivus τοῦ Ես *Ego.* Pronomina enim Possessiva per Genitiuos Personalium apud Armenos exprimuntur.

Սրբութեան

Արբցեն *Bibent.*] Eſt tertia Plur. Fut. Verbi heterocliti, qvod modò habuimus, արբել *bibere.* Prima Fut. Sing. eſt արբից 1. Reg. XIII, 8. 16.

Ամ ազգք *Omnes gentes.*] Eſt Nom. plur. à Sing. ազգ. Conf. verſ. 2. & 15.

Զգինի *Vinum.*] Eſt Accuſ. Sing. à Nom. գինի. qvi ex Ebr יַיִן deſcendere videtur. Armenus, cum eoqve Arabs, habens خَمْرًا *vinum*, hic iterum τὸς ὁ ſeqvuntur, Ebræum חֶמֶר vertentes οἶνον *vinum*, è ſenſu, non Biblico, ſed Thalmudico, qvo חֶמֶר *Loram*, ſeu *vinum ſecundarium* denotat, qvod ex uvis jam ſemel preſſis, poſteaqve in affuſâ aqvâ maceratis, ac iterum prælo ſubjectis, exprimitur. Conf. *Buxtorf.* L. T. col. 2602. f. Verum magis ſeſe nobis commendat Kimchii in hanc vocem Peruſch, ita ſonans. תמיר בלי הפסק עד שיכלו הרעים אשר עוברים בהם ומרעים לישראל i. e. Vox תמיר idem notat, qvod *absqve intermiſſione, donec mali, inter ipſos verſantes, atqve Iſraelitis malefacientes, abſumti fuerint.*

Արբցեն *Bibent.*] Modò fuit.

Եւ զեղցին *Et dejicientur.*] Eſt 3. plur. Fut. Paſſ. ſeu tertiæ Conjug. verbi զեղել. qvod nec *Galanus* nec *Riv.* habet, & cujus Imperativus Paſſ. զեղիր Ezech. XXXI, 18. pro Ebræo וְהוּרַדְתָּ Græcoqve καταβιβάσθητι legitur. Affine eſt verbo իջանել *Deſcendere.* Fontes habent וְלָעוּ *& abſorbebunt*, Jonathan reddit: וְיִסְתַּלְעֲמוּן *& abſorbebuntur*: Syrus καταφράζεται: ܘܢܬܕܠܚܘܢ ܘܢܬܕܠܚܘܢ *& obſtupeſcent & conturbabuntur*: LXX. vertunt: καταβήσονται *deſcendent*, qvos ſeqvitur Arabs وَيَنْزِلُونَ (qvod verbum eſt ex Ebræo נָזַל *Fluxit, Diffluxit* propr. Fluviorum) *ac deſcendent.* Atqve huc etiam noſter tendit.

Եւ եղիցին *Et erunt.*] Eſt τό եղիցի. qvod v. præc. habuimus, tertia plur.

Իբրեւ *Tanqvam.*] Eſt Adverbium ſimilitudinis.

Չեղեալք. *Qvi non fuerint.*] Eſt Nominat. Plur. Participii Præter. եղեալ *Qvi fuit*, verbi Subſtantivi ել *Eſſe*, cum præfixâ Litterâ չ. qvæ

 dictioni

dictioni præposita, negativam illam facit, estq; ipsa posterior littera voculæ ոչ οὐκ *Non.* Cæterùm tempus Præteritum, qvod vox Ebræa הָיוּ indicat, optimè & elegantissimè in hac versione exprimitur, meliùs certè, qvam Vulgata & LXX. habent: *καθὼς οὐχ ὑπάρχοντες, qvasi non sint.*

Ad vers. 17.

Բայց ՚ի լեառն. *Sed in monte.*] Est Commorativus Sing. à Nom. լեառն. (Nota, qvod utroqve modo dicatur լեառ & լեառն. Prius vers. præc. habuimus.) Adhibetur autem ille Casus, qvia actus in loco denotandus fuit.

Սիոն *Sion.*] Est Nomen proprium, qvod *Rivola* in Lex. p. 340. Սիոն & Սիովն scribit, & cujus Genitivus infra v. ult. occurret.

Եղիցի *Erit.*] Vid. v. 15.

Փրկութի *Salvatio.*] est ipsum Nomen, abbreviatè pro փրկութիւն scriptum, descendens à verbo փրկել *Redimere, liberare, servare.*

Եւ եղիցի սբ *Et erit sanctus.*] սբ est ipsum thema, compendiosè scriptum pro սուրբ. In Fontibus h.l. Abstractum legitur קֹדֶשׁ *Sanctitas*, i. e. Sanctissimus. Ita enim Superlativus gradus apud Ebræos efferri solet. Conf. *Dn. D. Wasmuth.* Hebr. Restit. reg. 19. p. 67. Syrus autem & LXX. qvos Arabs cum nostro seqvitur, Concretum adhibent, *ἅγιον* (sc. τὸ ὄρος) *sanctus.* Qvodsi tamen Accentuationem consulam, hunc illa mihi sensum, eumqve planiorem, commendabit: *Et in monte Sion erit liberatio, & erit sanctitas* scil. in eodem monte: Qvem assecutus mihi videtur Jonathan, reddens: וִיהוֹן קַדִּישִׁין *eruntqve Sancti homines* scil. in monte.

Եւ ժառանգեսցէ *Et hæreditario jure possidebit.*] Est 3. Futuri Sing. Verbi ժառանգել *hæreditatem obire.*

Տունն *Domus.*] Est ipsum thema, cum ն affixo tertiæ pers.

Յակոբու *Jacobi.*] vid. v. 10.

Զժառանգիչս իւր. *Hæredes ejus.*] Est Accusat. Plur. Participii ժառանգիչ *hæreditatem capiens*, verbi modò allegati. In Fontibus non *Possessores* sed *Res possessæ* nominantur, voce מוֹרָשֵׁיהֶם. Illos, Versiones Vulgata, LXX. Syriaca, Arabica & nostra innuunt. Utrosq; Jonathan in sua

Para-

Paraphrasi conjungit : וְיַחסְנוּן דְבֵית יַעֲקֹב נִכְסֵי עַמְמַיָא דַהֲווֹ מַחסְנִין לְהוֹן
Et possidebunt prægnati domûs Jacob substantiam populorum, qui eos possidebant.

Ad verf. 18.

Եւ եղիցի տունն Յակոբու *Et erit domus Jacobi.*] Vide supra.

Հուր *Ignis.*] Est ipsum Nomen, derivatum ex Ebr. אור. Jonath. h. l. addit תַקִיפִין *Fortes*, h. m. *Erunt præterea, qui de domo Jacob, fortes sicut ignis.*

Եւ տունն *Domusque.*] Modò fuit.

Յովսեփու *Josephi.*] Est Genit. Singul. à Nom. Յովսէփ. qvem *Rivola* pag. 275. scribit Յուսէփ.

Բոց *Flamma.*] Est ipsum thema. Jonathan iterum: חֲסִינִין *Robusti* instar flammæ.

Եւ տունն Եսաւայ *Et domus Esavi.*] Vide supra.

Եղեգն *Stipula.*] Est ipsum thema, cum ն affixo 3. perf. Jonathan supplet: חַלָשִׁין *debiles* sicut stipula. Arabs vertit قَصَبٌ *Arundo.*

Վառեսցին *Accendentur.*] Est tertia plur. Fut. Passivi seu tertiæ Conj. verbi վառել *Accendere.*

Զնովաւ *Circum illam.*] Est Circumlativus Sing. Pron. նա *Ille.*

Եւ կերիցեն զնա *Et devorabunt illam.*] Et 3. Plur. Fut. Verbi, ut mihi videtur, hodie non adeò usitati, atq; heterocliti կերել *Edere*, pro qvo usurpatur ուտել Gen. XXIV, 33. XXXVII, 25. &c. Ex illo tamen tempora qvædam adhuc supersunt, ut Præter. կերn (hinc կերայ qvod *Rivolæ* in Lex. Arm. p. 197. f. & *Galanus* Gramm. Arm. p. 92. suspectæ nonnihil probitatis mihi est.) *Edi*, Deuter. IX, 18. XXVI, 14. Dan. X 3. կերեր *Edisti*, Gen. III, 11. Ezech. XVI, 13. եկեր *Edit*, Gen. XXXI, 15. Exod. XXXIV, 28. Numer. XXVI, 10. 1. Sam. XX, 34. 2. Sam. XII, 17. կերաք *Edimus*, 2. Sam. XIX, 42. Nehem. V, 14. 2. Chron. XXXI, 10. կերայք *Edistis*, Lev. X, 17. կերին (non կերան secundùm *Rivol.* l. c.)

 Ederunt.

Ederunt, Genes. XIV, 24. XXXI, 54. Exod. XVI, 35. 2. Chron. XXX, 18. Futurum կերայց *Edam*, Gen. XXIV, 33. Deut. II, 28. 2. Sam. XIII, 5. 6. կերիցես *Edes*, Genes. III, 18. 2. Reg. XIX, 29. Jes. XXXVII, 30. bis. կերիցէ *Edet*, Exod. XII, 43. կերիցուք *Edemus*, 1. Reg. XVII, 12. Jes. XXII, 13. կերիջիք *Edetis*, Exod. Cap. XVI, 12. 2. Reg. XIX, 29. Jesa. XXXVII, 30. Joël. II, 26. կերիցեն *Edent*, 2. Reg. IV, 43. bis. Jes. XXII, 13. qvæ ipsa etiam vox in nostro textu legitur. Imperativus est կե՛ր *Ede*, Jes. XXI, 5. կերայք *Edite*, Lev. X, 18. Qvæ omnia hîc studiosè, in gratiam futurorum hujus lingvæ tyronum colligere volui, animadvertens à *Galano* p. 92. m. Gramm. Arm. hoc verbum ordini heteroclitorum qvidem fuisse insertum, thema autem non կերել (qvod tyro inqvireret,) sed ուտել esse constitutum, qvo ipso etiam superior conjectura mea maximè roboratur: insuperqve *Rivolam* duas ex illo verbo personas, ac earum qvidem nisi utramqve, alterutram saltem mendosè allegasse. Cæterum Jonath. in hujus tmematis translatione litteram derelinqvit, illud h.m. reddens: וְיִשְׁלְטוּן בְּהוֹן וִיקַטְלוּנוּן *& dominabuntur eis, atqve trucidabunt eos.*

Եւ մի մնասցէ *Nec residuus manebit.*] Est tertia Sing. Fut. Verbi մնալ. Recurrit Jes. XVII, 6.

Կրակակիր *Ignifer.*] Est Nomen Compositum ex կրակ *Ignis*, & բերել (qvæ vox convenit cum Latinâ) *Ferre.* Secutus iterum h. l. est Armenus Interpres Versionem LXX. qvæ habet πυρσφόρος vel πυρφόρος (utrumqve enim in exemplaribus legitur:) qvod nomen itidem e πῦρ *Ignis*, & φέρω *Fero*, coaluit. Sunt tamen qvi per ipsam h. l. *Frumentarium* intelligi velint. Vid. de eâ *Budæus* in Lex. Græc. & *Scapula* ib. in φέρω col. 1737. f. Arabs eodem modo reddit حامل نار *Ferens ignem.* Conf. ad h. l. Commentatores. In Fontibus est שָׂרִיד *Superstes*, qvod Syrus retinet. Jonathan autem vertit שֵׁיזָבָא, Aqvila ὑπολειφθεὶς, Symm. ἐκφυγὼν, Theod. κατάλοιπος.

Տանն *Domui.*] Est Dat. Sing. Genitivo per omnia similis, à Nom. տուն *Domus*: cum ն Aff. tert. pers.

Եղաւայ

Եսաւայ *Esavi.*] Vide v. 8.

Զի Տ̄ր խօսեցաւ *Qvia Dominus dixit.*] Est 3. Præt. Sing. verbi խօսիլ *Loqvi, dicere.* Conf. *Galan.* Gramm. Arm. p. 77. Targum reddit: אֲרֵי יְיָ גְזַר כֵּן *Qvoniam Dominus ita decrevit.*

Ad verſ. 19.

Եւ ժառանգեսցեն *Et poſſidebunt.*] Eſt tertia plur. Futur. Verbi ժառանգել. Conf. v. 17.

Նագեբացիք *Nagebenſes.*] Eſt Nom. Plur. à Sing. նագեբացի. qvod Patronymicum nomen eſt, ut è terminatione cognoſci poteſt. In Ebræo eſt Appellativum הַנֶּגֶב *Meridies*, ſive homines, יָתְבֵי דָרוֹמָא (ſecundum Jonathanem) *Meridiem incolentes*, vel *qvi ad Auſtrum ſunt* (prout Vulgata reddit: Intelligitur autem tribus Juda cæteris auſtralis, & in ſpecie auſtralior ejus pars Joſ. XV, 21.) qvod pro Nomine proprio LXX. habuerunt, reddentes οἱ ἐν ναγὲβ. *Qvi in Nageb.* Atqve horum veſtigiis inſiſtit Interpres Armenus. Arabs h. l. (nam v. 20. ubi hæc vox recurrit, variat.) reddit: ٱلَّذِينَ فِي جَاثَ Verſ. in Op. Angl. transfert: *Qvi ſunt in Geth.* Qvorſum autem Arabicus Bibliorum Interpres hac ſuâ Metaphraſi, qvâ τοὺς LXX. deſerit, reſpexerit, nonnihil difficile dictu eſt. Provinciam in Æthiopiâ regione verè meridionali, ſitam, intendiſſe, & Synecdochen ſpeciei pro genere uſurpaſſe ipſum auguror, idqve propterea, qvod iſti populi lingvam habeant ግዕዝ ፡ *Gyz* (qvo cum vocabulo Arabicum جَاثَ maximè congruit.) dictam, qvæ polita, terſa ac erudita lingva eſſe fertur, mihiqve videtur in iſta provinciâ floruiſſe, & ab hâc ſuum accepiſſe nomen: Qvo de tamen omnium rectiſſimè judicare poterit, iſtarum rerum, inter omnes, qvos tulit orbis, Sagaciſſimus pariter atqve feliciſſimus Scrutator, Magnif. *Dn. Ludolfus*, in Hiſtoria Suâ Æthiopicâ, qvæ nunc ſub prælo ſudat, & Cujus interim Sciagraphia ante qvadriennum Jenæ publicata, cap. 15. conferri poteſt. Cæterum, qvod obiter adjicere viſum eſt, iſtius lingvæ etiam *Coccius* in Theſaur. Cathol. tom. I. lib. 6. art. 1. p. 596. mentionem facit, ita ſcribens: *Paulus Apoſtolus in lingvis plurimis. Pauli Epiſtolas in Græcâ, Hebraicâ, Chaldaicâ, Arabicâ, Indicâ & GHEEZ lingvis Romæ Petrus Æthiops imprimi curavit.*

Զլեառնն *Montem.*] Est Accus. Sing. à Nomin. լեառն. Cum Prosthesi զ ut suprà v. 7. in զքեզ: p. 20. & Aff. tertiæ pers. ն.

Եսաւայ *Esavi.*] Vide supra. Innuitur autem hic Idumæa, tribui Judæ vicina.

Եւ Սեփելացիք *Et Sephelenses.*] Est Nomin. Plur. à Sing. Սեփելացի. qvod itidem Patronymicum nomen est, uti præcedens Նագեբացիք. cum qvo etiam illa pari gaudet fortunâ. Nam qvod in fontibus h. l. extat וְהַשְּׁפֵלָה *Et planities*, sive *qui in campestribus degunt*, iisqve depressis, vid. Jos. XV, 33. itidem à LXX. pro Nomine proprio agnitum est, reddiderunt enim οἱ ἐν τῇ σεφηλα *Qui in Sephilâ*, qvam interpretationem Armenus est secutus. Arabs iterum à LXX. recedit, vertitqve: وَٱلَّذِينَ فِي ٱلصَّحْرَآءِ *& qui sunt in deserto.* Decipi tamen ab iisdem sese passus est in Jer. XXXII, 44. & XXXIII, 13. ubi utrobiqve in Ebr. legitur וּבְעָרֵי הַשְּׁפֵלָה וּבְעָרֵי הַנֶּגֶב *& in civitatibus planitiei, & in civitatibus Meridiei*, qvod LXX. reddiderunt καὶ ἐν πόλεσι τῆς σεφηλὰ, καὶ ἐν πόλεσι τῆς ναγέβ, & Ar. hos secutus, وَفِي مُدُنِ جَبَلِ سَافِيلَا وَفِي مُدُنِ نَاجَابْ *Et in urbibus montis Sephilæ, & in urbibus Negeb.* Ita etiam noster Armenus. Cæterùm vel inde patet, Versionis Arabicæ V. T. qvæ Operi Polyglotto Angl. inserta est, non unum eundemqve esse autorem, nec unum idemqve prototypon, ex qvo illa adornata, qvin imò hoc, etiam in uno eodemqve capite biblico diversum esse, noster ostendit locus, cujus rei si caussam subodorari licet, non aliam fore opinor, qvàm qvod MSta exemplaria, è qvibus tùm Gallicum, tum Angiicanum Opus collecta sunt, plurimis in locis manca fuerint, alteriusqve hiatus ex altero supplendi venerint. Qvod tandem Versionem Syram concernit, illa in citatis & nostro loco, voces הַנֶּגֶב & הַשְּׁפֵלָה ritè interpretatur per ܠܓܪܒܝܐ *Aqvilo*, & ܦܩܥܬܐ *Planities.*

Ցայլազգիս *Alienigenos.*] Est Accus. Plur. à Nom. Pl. այլազգիք de qvo vid. v. 11. Usurpatur hæc vox ut in nostro. sic pluribus aliis locis, pro פְּלִשְׁתִּים seu *Philistæis* e. g. Jud. III, 3. X, 7. XV, 9. 1. Sam. IV, 1. 2. 3. 6. 10. 17. Cap. V, 1. 8. 11. VI, 1. 2. 4. 12. 16. 18. 21. Jes. XI, 14. Jer. XLVII, 1. 4.

Zachar.

Zach. IX, 6. LXX. in nostro textu habent ἀλλοφύλους, Ar. ٱلْقَبَائِلَ ٱلْغَرِيبَةَ *Nationes exteras*, Syrus ܠܦܠܫܬܝܐ *Palæstinos.* De cætero hoc non erat omittendum, esse non nullos, qvi toti huic commati Subjectum è præced. versu intrudunt, & voculam אֶת־ per *Cum* exponunt, h. m. *Et hæreditabunt* Judæi *Meridiem, cum monte Esavi*, & *Planitiem cum Pelistim.* Verùm displicet hæc nonnihil coacta Interpretatio. Consideretur totus versiculus.

Եւ ժառանգեսցեն *Et possidebunt.*] Vide paulò antè.

Զլեառնն *Montem.*] Vide præcedens ըզլեառնն. à qvo non nisi prosthesi differt. In Fontibus est שְׂדֵה *Agrum*, qvod bene Syrus reddit ܚܩܠܐ *Agrum.* Jonathan קִרְוֵי *Civitates.* LXX. Τὸ ὄρος *montem*, atq; sic etiam Armenus & Arabs, qvorum hic habet جَبَل.

Եփրեմայ *Ephraimi.*] Est Genit. à Nom. Եփրեմ. *Rivola* p. 113. hujus nominis Genitivum facit Եփրեմի. In Fontibus jam seqvitur comma, וְאֶת שְׂדֵה שֹׁמְרוֹן *Et agrum*, vel *regionem Samariæ*, qvod licet versiones omnes à me consultæ, ipsi etiam LXX. expresserint, Armenus tamen Interpres absqve interpretatione abire concessit. Reddiderunt autem in eo Jonathan & Syrus vocem שְׂדֵה prout in præced. commate. LXX. vertunt τὸ πεδίον *Campum*, Arabs بُقْعَة *Planitiem*, rectiùs *Convallem*, qvam Ebræa vox, (unde Arabica descendit,) בִּקְעָה denotat, & *Golius* in Lex. Arab. col. 303. per *Locum depressiorem in qvo restagnat aqva*, exponit.

Եւ զբենիամին *Et Benjaminem.*] Est Accus. Singul. à Nomin. բենիամին Gen. XXXV, 18. *Rivola* p. 59. malè scribit բէնիամէն. Malè hîc agit noster, & Arabicus Interpres, exemplo τῶν LXX. qvod ex Benjamine occupante, faciant occupandū. Textꝰ avthenticus habet: וּבִנְיָמִן אֶת־הַגִּלְעָד *Et Benjamin Gileadum* sc. possidebit, qvā vocem bene supplet *Hieronymus.* Jonathan itidem satis clarè: וּדְבֵית בִּנְיָמִן יַת יָתְבֵי אַרְעָא הַגִּלְעָד Vers. in Op. Angl. *Et progenies familiæ Benjamin habitatores terræ Galaad* scil. possidebunt. Ad eundem sensum etiam Syrus. LXX. verò sic transferunt: καὶ Βενιαμὶν, καὶ τὴν Γαλααδῖτιν, & Arabs: وَبَنْيَامِين وَٱلْجَلْعَادِيَّة

Et

Et Benjaminem, & Galaaditen, ſcil. poſſidebunt, ita ut Benjamin Paſſivè ſeſe habeat. Armenus non niſi in tantum ab his duobus recedit, qvod alterum *Et* omittat, ſimpliciter enim habet

Զգաղայադացին *Gileaditam.*] Qvæ vox eſt Accuſ. Sing. a Nom. գաղայադացի. cujus Genitivus գաղաադացւոյ 2. Sam. II, 4. reperitur, absqve յ mediano. Eſt Nomen Patronymicum, deſcendens a գաղաադ. *Gilead*, qvod 1. Reg. IV, 13. 1. Par. II, 22. alibiqve legitur. Alias etiam ſcribitur գաղաաթ 2. Reg. VIII, 28. & ſecundum *Rivol.* p. 68. գաղայաթ.

Ad verſ. 20.

Եւ գերութե *Et Captivitatis.*] Eſt Gen. abbreviatè ſcriptus pro գերութեան. à Nominativo, poſt pauca verba, cum affixo ն occurſuro, գերութիւն *Captivitas*, ac deſcendente à verbo գերել *Captivum ducere*, qvod verſ. 11. habuimus.

Սկիզբն *Principium.*] Eſt ipſe Nominativus, recurrens Marc. I, 1. & alibi. Hunc *Galanus* in Lex. fol. 24. col. 1. f. eodem modo ſcribit. At in Gramm. fol. 22. b. & 23. a. lin. 4. per proſtheſin τῦ ը. (de qvâ vid. ſuperiùs ann. p. 20. f. f.) ըսկիզբն. *Rivola* in Lex. p. 120. & 125. litteras ս & զ permutans, ſcribit սկիսբն. ըսկիսբն & ըզկիսբն. qvarum diverſarum ſcriptionum nulla noſtræ reſpondet. Cæteroqvin thema vocis eſt սկըսիլ ſecundùm *Galan.* Lex. fol. 24. col. 1. m. vel omiſſo ը. սկսիլ. ſec. *Rivolam* Lex. p. 120. *Incipere.* Qvod in Ebræo hic extat הָחֵל qvadrupliciter ab Interpretibus accipitur. *Raſchi* qvorundam citat ſententiam, qvi vocem illam idem qvod גִּיא *Convallis* ſignificare ſtatuunt, ſed absqve fundamento. *R. Merinus* apud *Aben Eſram*, qvem *R. Sal. B. Melech* & *Coccejus* ſeqvitur, per *Murum* exponit, ex Thren. II, 8. hoc ſenſu : כי תלכד המדינה ונהרג מה שבתוכה גם הנמרדים לא נמלטו רק מעט אשר בחיל: *qvod provincia capienda, & omne intibi offenſum, trucidandum ſit, nec profugi evaſuri ſint, niſi pauci, qvi in munitione fuerint.* Alii hanc vocem à חלל derivant, qvod in Hiphil הֵחֵל *Incipiendi* notionem habet, cujus explicationis Patroni ſunt LXX. vertentes : καὶ τῆς μετοικεσίας ἡ ἀρχὴ, *Et transmigrationis principium :*

Hos

Hos Noſter ſeqvitur & Arabicus Interpres, qvi habet: وَرَأْسُ ٱلسَّبْيِ *& principium prædæ.* Sic etiã Syrus: ܘܪܫܐ ܕܫܒܝܐ ܩܕܡܝܐ *& Captivitas prior.* Huc etiam redit *R. Moſis* apud *Aben Eſram*, & *Abarbenelis* interpretatio, qvorum poſterior ſuam ex Deut. II, 24. roborare contendit. Verum utut huic expoſitioni nihil obſtaret aliud, vel hoc unicum ipſam labefactaret, qvod inſolens Ebræis ſit nomen alterum regens (uti h. l. eſt caſus Nominativus הַחֵל, illi, qvod regitur prout hic eſt גָּלֻת in Genitivo poſitum) poſtponi. Qvarta proinde expoſitio mihi commodiſſima videtur, qvâ per הַחֵל *Exercitus* (qvæ communiſſima vocis ſignificatio eſt) denotatur, h. m. *Et transmigratio Exercitûs hujus filiorum Iſrael.* Atqve hanc *Jonathan* tuetur, reddens: וְגָלוּת עַמָּא הָדֵין *Et transmigratio populi hujus.* *Kimchi* item cum *R. Salomone*, qvorum uterqve illam ex 2. Reg. XVIII, 17. defendit.

Այն *Illud.*] Eſt Pronomen.

Լիցի *Sit.*] Eſt tertia Sing. Præſ. Conjunctivi modi verbi Եմ *Eſſe.*

Որդւոցն *Filiis.*] Eſt Dativ. (qvod è LXX. cognoſcitur:) Plural. Genitivo ſimilis, cum ն Aff. à Nom. Sing. որդի *Filius.* Dicitur etiam in iisdem Caſibus, teſte *Galano* pag. 40. որդեաց. Præfixum ל in לִבְנֵי rectius h. l. Genitivum notat, prout *Jonathan* & *Syrus* idem expoſuerunt Armenus autem & Arabs τοῖς LXX. adhæret.

Իղի *Iſraelis.*] Eſt Genit. Sing. Compendioſè ſcriptus pro Իսրայելի qvi legitur 2. Sam. I, 24. à Nom. Իսրայէլ.

Երկիր *Terra.*] Eſt ipſum thema.

Քանանացւոց *Cananæorum.*] Eſt Genit. Plur. à Nomin. Singul. քանանացի. In Ebræo legitur אֲשֶׁר־כְּנַעֲנִים in qvarum vocum interpretatione ſudant interpretes. LXX. cumqve his Armenus & Arabs reddiderunt *Terra Cananæorum* ſc. principium erit transmigrationis Iſraëlitarum: de qvâ Interpretatione paulò antè actum. *Abarbenel* Caph Præfixum, præter neceſſitatem, ſubintelligi cupit, ut ſit: *Iſraëlitæ* אשר ככנענים *qvi ſunt ſicut Chaldæi.* *Grotius* & *Dn. D. Pfeifferus* in Exam. Abarb. in Ob. p. 82.

Interpretationem Accentus Minister seu Conjunctivus in voce יִשְׂרָאֵל, pro qvo aliàs Subdistinctivus minor Pastæ, Geresch reqvireretur. Vid. Ipsius Schema Accent. Prosaic. ad p. 11. & conf. litt. S. p. 20. Qvid qvod & hac ratione Prædicatum in hoc ipso versu seqvens יִרְשׁוּ *Possidebunt* Subjectorum suorum alterum amittat, nisi accentui Sakephkatono in צָרְפַת majorem distingvendi vim tribuere velis, qvàm Athnacho in בִּסְפָרַד qvod itidem contra leges accentuatorias peccatum foret. Aspiciatur modò ipse textus. Qvapropter non longius à Targumim recedendum esse arbitror, qvæ reddunt: *Filiorum Israel* דִּבְאַרְעָא כְנַעֲנָאֵי *qvi sunt in terra Cananæorum*, & qvi ob illius terræ inhabitationem *Cananæi* appellantur. Conf. *Kimchi* & *Raschi*.

Մինչև *Usq; ad.*] Vid. v. 7.

'ի Սարփաթ *Sarphath.*] Est Dat. Singul. à Nominativo non nisi præpositâ litterâ 'ի discrepans. In margine Bibliorum alia vox legitur Charactere minore expressa, qvæ ad τὸ Σαρεπτῶν, qvod in LXX. legitur, propius accedit, Սարեփթայ. Ita & Vulgata habet *Sareptam*. In Ebræo est צָרְפַת, qvod Targum & Syrus retinent, Arabs autem in *Savareph* transformat, habet enim وَالَي اَلصَّوَارِفِ. Intelligitur autem ex mente Judæorum, *Gallia*.

Եւ գերութիւն *Et Captivitas.*] Vid. initio hujus vers.

Երուսաղեմի *Hierosolymorum.*] Vid. v. 11.

Մինչև յեփրաթայ. *Usqve ad Ephratha.*] Est Dat. Sing. à Nom. Եփրաթ. cujus Genitivus Եփրաթայ. Armenus hîc iterum τοῖς ὁ insistit, habentibus ἕως Ἐφραθά. Idem facit Arabs, الَي اَفْرَاثَا. At verò in Fontibus sic legitur: *Et transmigratio Jerusalem* (i. e. Captivi Hierosolymitani) אֲשֶׁר בִּסְפָרַד *qvæ* (non עַד *usqve*) *est in Sepharad*, qvi locus cum *Ephrath* non fuisset confundendus. Jonathan & Syrus vertunt: דְּבְאַסְפַּמְיָא, ܕܒܐܣܦܢܝܐ *qvæ est in Hispaniâ.* Atqve hanc regionem isto nomine denotari etiam reliqvi Judæorum Exegetæ volunt. *Hieronymus* à Judæo deceptus, præfixum ב pro radicali habuit, adeoqve vertit: *Qvæ in Bosphoro est*, in eo scil. in qvem Adrianus Judæos abduxerit. Qvo de vid. *Dn. Pfeiff.* l. c. p. 83. t. f. ubi hanc Controversiam ita decidit:

Nobis

Nobis ספרד *locus in Babyloniæ finibus videtur, qvo Hierosolymitani abducti erant.*

Եւ ժառանգեսցեն *Et possidebunt.*] Vid. v. 19.

Զքաղաքս. *Urbes.*] Est Accus. Plur. à Nom. Sing. քաղաք.

Նագեբայ *Nagebi.*] Est Genit. Sing. à Nom. Նագեբ. Vid. annot. ad init. v. 19. omnia enim eodem modo hic sese habent, nisi qvod Arabs aliam usurpet vocem, qvæ vicinior est τῷ Ναγέβ τῶν LXX. scil. نَاجَابْ *Nageb.*

Ad verf. 21.

Եւ ելցեն. *Et ascendent.*] Est 3. Plur. Fut. Verbi Heterocliti ելանել qvod procul dubio ab Ebræo עָלָה derivatum est, & Præteritum formát ելի *Ascendi*, Futurum ելից *Ascendam*, ելցես. ելցէ. Plur. ելցուք. ելցէք. ելցեն. qvod ultimum in nostro textu legitur.

Ապրեալք *Salvati.*] Est Nomin. Plur. Reliqva vid. v. 14. In Ebræo Activum legitur מושיעים *Servatores*, pro qvo Passivum usurpant LXX. ἀνασωζόμενοι *Salvati*; & Aqvila cum Theodotione σεσωσμένοι Ita etiam Armenus & Arabs, qvorum hic habet: اَلرِّجَالُ اَلْمُتَخَلِّصُونَ *Viri qvi evaserint.* Hos seqvi videtur Syrus, reddens ܦܨܝܚܐ *qvi Servati fuerint.* Jonathan autem Fontibus insistit, vertitqve משיזבין *Salvatores.* Per hos מושיעים seu *Salvatores* vel *Servatores* Hugo Grotius intelligit, qvi semet servarunt à captivitate, ita verò magis τοῖς LXX qvos & pro se allegat, qvam textui avthentico favet. Prolixius contra ipsum disputat *Magnif. Dn. D. Calovius*, Dominus Patronus, Præceptor ac Hospes olim maximè venerandus, in Bibl. Illustr. Raschi itidem de corporali salute explicat, per Salvatores intelligens שרי ישראל *Principes Israelis*, Esavum judicaturos. Judæi in *Schemoth Rabba* fol. 135. col. 1. m. Michaëlem & Gabrielem denotari volunt, *R. Juda Sanctus* tamen *ibidem* solum Michaëlem, magnum Israëlitarum Patronum, Angelumqve ipsorum tute-

Chriſtianos funditus deperditurum, orbi oſtentare voluerunt, per Notarikon ita exponere non ſunt veriti: סוף מלכות אדום לעפאלדוס *Finis Regni Edomitici* (i.e. Romani) *eſt LEOPOLDUS.* Verum Jehova te increpet Satan!) ſit devicturus. Ab aliis vox מושיעים per Gematriam Cabbaliſticè ad Eliam & Meſſiam filium Davidis refertur, qvod illi ſint futuri Salvatores: Valor enim litterarum illius vocis numeralis, prorſus cum eo convenit, qvi eſt vocabulorum אליהו משיח בן דוד: Utrobiqve enim proveniunt 476. Vid. *Jalkut Chadaſch* fol. 142. col. 3. *R. Lipman* ſolum hîc intelligere videtur Meſſiam, id qvod & Belgæ faciunt, qvi de *Chriſto perfectiſſimo Salvatore* accipiunt, exiſtimantes, qvod Plurali numero (*Salvatores*) Salvationis Chriſti perfectio notetur. Vid. *Dn. D. Calovius* l.c. p. 819. b. m. & *Dn. Pfeiff.* l.c. p. 84. m. Qvorum in ultimo judicio meritò acqvieſcimus, ſtatuentes h.l. per *Salvatores, Apoſtolos verbiqve divini præcones* intelligi, qvi hoc nomine vocantur non ποιητικῶς & κυριακῶς, ſed ὀργανικῶς atqve διακονικῶς, cum adminiſtri ſint ſalutis noſtræ per Evangelium. 1. Tim. IV, 16. 1. Theſſ. II, 13. 1. Cor. IX, 22. Jud. v. 13. Atqvi hi judicant montem Eſavi, vel Edomitas, per qvos συνεκδοχικῶς omnes Eccleſiæ hoſtes intelliguntur, hîc & nunc qvidem verbo atqve ſcriptis impietatem eorum redarguendo Joh. XVI, 8. judiciumqve venturum denunciando Act. XVII, 31. olim autem in die noviſſimo judicio longe ſplendidiori, magiſqve ſtrenuo & verè reali Matth. Cap. XIX, 28. Luc. Cap. XXII, v. 30.

Ի լեռնէն *De Monte.*] Vid. verſ. 8. Armenus & Arabs (qvi مِنْ جَبَلِ habet) τῆς LXX. ſeqvuntur, Ebræum בְּהַר (qvod Syrus bene transfert ܠܛܘܪܐ) *In Montem*, malè reddentes ἐξ ὄρους.

Սիոնի *Sionis.*] Eſt Genitivus Nominativi Սիոն. qvem ſuprà verſ. 17. p. 42. habuimus.

Առնուլ *Ad capiendum.*] Eſt ipſum thema.

Զվրէժ *Vindictam.*] Eſt Accuſ. Sing. à Nom. վրէժ. In Ebræo eſt לִשְׁפֹּט *ad judicandum*, LXX. reddunt ἐκδικῆσαι *ut puniant*: Arabs لِيَنْتَقِمُوا *ut ultionem ſumant*, atqve ſic etiam Armenus.

Ի լեռնէն Եսաւայ *De monte Eſavi.*] Vide ſupra.

Եւ

Եւ եղիցի Տէ՛ *Et erit Domino.*] Vide ſupra.

Արքայութ՟ի *Regnum.*] Eſt Nomen Abſtractum in caſu recto poſitum, ſed decurtatè ſcriptum pro Արքայութիւն. à Concreto արքայ *Rex*, ab արք *Major*, *Dignior*, deſcendente, iterumqve Græco ἀρχὴ *Principium*, originem ſuam debente, formatum. Recurrit illa vox Pſalm. XXI, (x. Ebr. XXII,) 29. Hic ergò Prophetiæ Obadianæ finis eſt: ET ERIT JEHOVÆ REGNUM. Eundem etiam nos facimus noſtrarum in Eundem brevium leviumq; Annotationum, dicentes:

ԻՑԷ ՏԵԱՌՆ ԱՐՔԱՅՈՒԹԻՒՆ. ԻՑԷ ԶՕՐՈՒԹԻՒՆ. ԻՑԷ ՓԱՌՔ ՅԱՒԻՏԵԱՆՍ ՅԱՒԻՏԵ՛ՆԻՑ։ ԱՄԷ՛Ն։

hoc eſt:

SIT JEHOVÆ REGNUM, SIT POTENTIA, SIT GLORIA IN SECULA SECULORUM! AMEN.



SEQVITUR
Alphabetum Armenicum.

Figura. Major.	Figura. Minor.	Nomen.	Poteſtas.	Valor Numeralis.
Ա	ա	Aip.	A.	1.
Բ	բ	Pien.	Med. inter B. & P.	2.
Գ	գ	Chim.	Med. inter CH. & G.	3.
Դ	դ	Ta.	Med. inter D. & T.	4.
Ե	ե	Jædſch.	Æ. Aliis IE.	5.
Զ	զ	Sza.	Sz. Z. Aliis Sſ.	6.
Է	է	E.	E.	7.
Ը	ը	Jett.	E. rapidiſſ. ut (:) Ebr.	8.
Թ	թ	Thuò.	T. durum, vel Th.	9.
Ժ	ժ	Sge.	Sg.	10.
Ի	ի	In	I. Vocal.	20.
Լ	լ	Liun.	L.	30.
Խ	խ	Che	ח. Ebr. fortius.	40.
Ծ	ծ	Dza.	Dz. ſive ז. Ebr.	50.
Կ	կ	Ghièn.	Gh. כ. Ebr. raphat. I. Ch. mollius.	60.
Հ	հ	Huò.	H.	70.
Ձ	ձ	Za.	Z. & X.	80.
Ղ	ղ	Ghhad	Ghh. Aliis K. Sed ղ valet L.	90.
Ճ	ճ	Ge.	G. Gallic. Aliis G.	100.
Մ	մ	Mien.	M.	200.
Յ	յ	Hi.	I.	300.
Ն	ն	Nu.	N.	400.
Շ	շ	Scia.	Sc. ſive ש Ebr.	500.

Figura. Major.	Figura. Minor.	Nomen.	Poteſtas.	Valor Numeralis.
Ո	ո	Vuò.	O. & U.	600.
Չ	չ	Ccia.	Cc.	700.
Պ	պ	Be.	B. Duriuſculum.	800.
Ջ	ջ	Ce.	C.	900.
Ռ	ռ	Rra.	Rr. vel R. fortius.	1000.
Ս	ս	Se.	S.	2000.
Վ	վ	Vièu.	V. Conſonans.	3000.
Տ	տ	Diun.	D.	4000.
Ր	ր	Re.	R.	5000.
Ց	ց	Zzuò.	Zz.	6000.
Ւ	ւ ւ	Hiun.	U. Vocalis.	7000.
Փ	փ	Piur.	Ph.	8000.
Ք	ք	Cche.	Cch. ſive כ Ebr. raph.	9000.
Ֆ	ֆ	Fe.	F.	10000.
Օ	օ	Aipun.	O.	

Diphthongi.

աւ av, եւ æv, էւ ev, ըւ ëv, իւ iv, ու u, այ aj, ոյ uj.

Obſerv.

1. աւ initiale & medianum, non ſeqvente poſt ւ aliâ vocali, pronunciatur ut o. Vid. ſuperiùs dicta p. 17. f. Finale ut *Av.*

2. Litteræ եւ in ſcriptione ſæpiùs combinari ſolent h. m. և, qvæ figura à qvibusdam ipſi Alphabeto ante litteram penultimam interſeri, & *Jecunieu* vel *Jeu* vocari ſolet.

Spiritus Aſper.

Hic diphthongis imponitur, illarumqve vocem ſolvit, ut ա̒ւ non legam o ſed Av.

Apoſtrophus.

Hic adſcribitur Voculæ 'ի. & qvandoq; ſuper ղ̒ qvæ litera tunc ut Լ pronuncianda.

Signa Diſtinctionum.

In Bibliis Initium verſus denotatur ſtellula ✲. Comma . Punctum :

Cuſtos eſt ⌣. Nota Compendi -

Վ Ե Ր Ջ Ն:



ERRATA.

In Textu Armeno v. 1. lin. 2. lege լուր. v. 2. l. 3. leg. դու. v. 3. l. 4. leg. դժուարկութենի. v. 12. & 13. voces զաւեր. յաւուրս. & յաւուր malè ſunt diviſæ. Litera ո. ւ ad ա præcedentis lineæ pertinet. v. 19. leg ըղղէառն:

In Lectione Latinâ textus Arm. v. 1. lege *Egev*, & *Ev*, ſic & alibi ubi in Armen. eſt Եւ. ib. lege *Arraccheazz*. v. 3. l. 2. lege *Barxrazzuizz*. ib. lin. 6. lege *Iur* . & ſic etiam derivatum *Iurum* lin. 7. cum aliis. v. 7. l. ult. lege *Nma*. v. 11. lin. 7. lege *Argancin*. v. 12. lin. 2. lege *Echborn*. ib. l. 3. lege *Odarazz*. v. 13. lin. ult. leg. *Gorsdean*. v. 14. lin. ult. leg. *Javur*. v. 15. l. 2. lege *Azchazz*. v. 16. lin. 4. lege *Azchech*.

In Verſione Latina v. 11. lin. 5. poſt *Et* adde: *quo*. v. 20. l. 2. lege *Filius*.

In Annotationibus: Pag. 7. l. 8. lege ոչ. p. 8. l. 10. lege Արդիու. p. 13. l. 1. lege *Suum*. p. 14. lin. 9. lege أَيُّهَا p. 16. lin. 19. lege Աւազակաց. p. 18. lin. 21. leg. *Uſurpatur*. p. 22. l. 9. lege הִשִּׁיאָךְ pag. 23. l. 5. a fine poſt *Sapiens* adde: qvod ab իմանալ *intelligere*, derivatur. p. 30. l. 5. â fine l. *Futuri*. p. 32. lin. 2. poſt Հարկանել adde (qvod Ebræum הָרַג *Occidit, cecidit*, referre videtur.) ib. l. ult. lege *Verſionibus*. p. 44. l. 5. lege կերպիզէք p. 45. l. 19. poſt *Intendiſſe*, addatur: (Num rectè, dubito.) ib. l. 6. ante fin. leg. *qvadriennium*.

FINIS.